



IN EVANGELIVM IOANNIS ANNOTATIONES ERASMI ROTERODAMI.

IN principio erat uerbum.) Illud in primis annotandum, id quod indicavit & Chrysostomus Ioannem neq; Matthaei, aut Marci more sumere ex ordine, neq; ad exemplum Lucae, sed iisdem uerbis ingressus est historiam euangelicam, quibus Moses ingressus genesim mundi.

Erat uerbum.) λόγος, græcis uaria significat, uerbum, orationem, sermonem, rationem, modum, suppurationem, nonnunq; & pro libro usurpatur a uerbo λέγω, quod est dico sive colligo. Horum pleraq; diuus Hieronymus putat competere in filium dei. Verum illud proprius ad hoc institutum pertinet, nō simpliciter positum λόγος, sed additum articulum διλογίον, ut non possit de quo uis accipi uerbo, sed de certo quo piam & insigni. Habet enim hanc uim articulus, quam latini utq; reddimus adiecto pronomine ille, ueluti cum Aristoteles, in genere de quolibet agit bono, ἀγαθῷ uocat: Ceterum cum unicum illud, ac summum bonum intelligi uult, addit articulum τὸν αὐτὸν. Item καλόν appellant philosophi, quod quo uis modo pulchrum sit τὸ καλόν, eximium illud ac uere pulchrum sive honestum, quod a uirtute proficitur. Item πῶμ appellat, quod quo uis modo totum est, uerum absolutū illud uniuersum, quod uere complectitur omnia, non simpliciter πᾶν, sed τὸ πᾶν appellant. Itidem in diuinis litteris, cum deos uocat amicos dei, non apponitur articulus, sed tantum θεοί εστι, id est dii estis. At quoties significatur uerus ille & solus deus semper additur articulus διος. Et quoties se uult intelligi Christus, filium hominis appellat, sed utriq; nomini suo præposito articulus οὐ διος τοῦ θεοῦ, ac plane tantum habet momenti, hoc loco prætermisso aut additus articulus, ut Chrysostomus & Cyrillus hoc potissimum argumēto rejclant hæresim quorundam, qui negabant Christum illud esse uerbum, quod ab initio fuerat in patre, sed illud aliud quoddam fuisse uerbum interius patri, unde natum sit alterum uerbum quod esset Christus. Et uerbum erat apud deum.) Rursum addidit articulum, non solū uerbo, sed etiam deo, ut illud unicum ac uere uerbum intelligamus de quo prius dixerat, & patrem uere deum, non quemuis alium deum. Mos enim hic est diuinæ scripturæ plerumq; dei uocabulum, licet omnibus personis ex æquo cōmune, patri tribuere, & haud scio an usq; legatur dei cognomen aperte tributum Christo, in apostolorum aut euangelistarum literis, præterq; in duobus aut tribus locis.

Et deus erat uerbum.) Hoc loco deo non additur articulus, cum tamen uere ac natura deum significet, uerum id facit coactus. Alioqui non poterat simul explicare diuinam essentiam tribus cōmuniem personis, nam si utriq; addidisset articulum νόος θεος καὶ λόγος, iam confudisset perlonarū proprietates. Atq; hic fuisse sensus, & ille deus nempe pater, erat illud uerbum, nēpe filius. Rursum si deo addidisset articulum non uerbo, Καὶ θεος καὶ λόγος. Iam duo significasset uerba, ac sensus fuisse, & ille deus nempe pater, erat & ipse uerbum quoddam & si non idem uerbum quod filius, tamen aliquod uerbum. Nunc quoniam uerbo addidit articulum & deo non addidit νόος θεος καὶ λόγος, christianam expressit sententiam, sic ut alio detorqueri non possit, nimis hanc. Et illud idem uerbum

M

λογος,

Vis articulo, qm i sacris lvs

idem uerbū quod modo dixi in principio fuisse apud deū, erat deus hoc est particeps essentiae diuinæ. Hæc ita esse ut diximus facile comprobabit, qui uel mediocriter græce nouerit. Nos tamē in hoc exordio nihil immutauimus, reveriti sacramētum ineffabile. Nota Erasmi.
tamen admonendum putau, quo magis intelligent nostri theologi non nihil interesse, e suis haurias fontibus mysticas literas, an e lacunis.

Omnia per ipsum facta sunt) Cū de uerbo fiat hic quoq; mentio, de quo modo locutus est rectius uertislet, omnia per illud facta sunt, ut repeatat uerbum, siue omnia p; idē facta sunt, sicut paulo superius. Hoc erat in principio, nisi mauis pronomen ipsum referri ad deū patrē, qui proxime præcessit. Verū huic sensui nō nihil refragatur p̄positio *διότι* per, quæ pugnat cū ratione principij. Et magis concinuit cū Paulinis uerbis, qui ait p; quē fecit & secula, ut p; filiū intelligamus omnia condita a patre. At nunc latinus ancipitem reddidit sententiam, quod ipsum pronomen utrolibet possit accommodari.

Et sine ipso factū est nihil.) Hunc locū bifariam distinguunt. Chrysostomus ita legit cōiunctim, Omnia p; illud facta sunt, & absq; illo factū est nihil, quod factum est; ut intel ligas nihil omnino creatū, quod nō sit creatū a patre per filiū. Scribit aut̄ hereticos quosdam distinguere ad hunc modū. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Atq; hic interposita diastole, subiiciunt; quod factum est in ipso, uita erat; interpretan tes sp̄iritum sanctū quem creaturā faciunt, intelligi in eo quod dicitur, quod factum est. Et tamen in hunc modum distinguunt Cyrillus græcus, & Augustinus latinus, quanq; diuerso sensu. Nam Augustinus intelligit omnem creaturā in deo uitam esse, suo more nō illibenter πλατωνιζωμ. Cyrus aut̄ sic interpretatur, ut intelligamus, omnia per filiū fuisse condita tam uisibilia q̄ inuisibilia, & quicquid conditum fuit in eo uerbi illud est uita, ut nō solū sit omnibus autor originis cū patre, uerum etiam idem admixtum omnibus, ueluti uita, tueatur & conseruet uniuersa quæ condita sunt. Cæterum quod quidā interpretantur nihil, peccatum aut maliciam, quod ea sola sunt, quæ natura sunt, & ob id bona sunt, peccatum esse quiddam priuatuum, etiamsi Hieronymus non reīceret, tamen per se friuolum est & argutū magis q̄ theologicū. Quanq; ad eum modū interpretatur Augustinus. Cauillatur hoc loco nescio quid, is cuius nomine extant aliquot homilia in Ioannem Origenis titulo, sed falsissimo, id quod uel me tacente res ipsa clamat; atq; eiusdem farinae sunt, quæ eiusdē titulo feruntur in Lucam; cum nihil illuc sit, quod ullam Origenis uenam ullā ex parte sapiat. Atq; eo res redīt, ut huiusmodi nugas etiam prudētes ad iūciā typographi, quo uolumine aucto questus fiat uberior, Qd̄ illis licet quicquid uolent, quocūq; prodere nomine, & nobis phas non erit, titulo semel illito chartis refragari; bella nimirum erit studiosorum cōditio, si nebulonis aut im postoris nugas pro oraculis cogentur amplecti. Verū hæc πάρεργα. Ut ad rem redeam, Is quisquis est aut quicunq; sunt, siue homines siue dij, cœauillantur nescio quid; græce significantius dici, pro eo quod nos dicimus, Et sine ipso factum est nihil. Apud illos enim esse extra, non absq; quod sane quid sibi uelit non satis intelligo, nisi quod in omnibus quæ sane uiderim græcis exemplaribus scriptum comperio χωρίς αὐτοῦ, id est absq; illo. Atq; eadem est præpositio græca Ioannis capite quintodecimo. Sine me nihil potestis facere χωρίς μου. At is utrobiq; uult legi extra, non sine. Ad Cyrilli sententiam non nihil facit, quod cum bis dixerit uitam, priori uitæ non addidit articulum, posteriori addidit. In eo quod conditum est, uerbum illud erat quædam uita, dum impartit incolumentem naturæ conditæ. Ac mox cum ipsum uerbum peculiari modo uitam appellat, & uita erat lux hominum, apposuit articulum, ueram illam ac ineffabilem uitā signis fiscans επιαυτῷ ζωὴν ἡμῶν, καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν φῶς.

Fuit homo missus.) ἐγένετο, idem uerbum quod modo transtulit facta sunt. Proinde Valla maluit hoc loco, extitit, q̄ fuit. At ego malim, erat homo missus. Illud annotandum hic homini non præponi suum articulū, quo tantum hominis indicet naturam, &

Ioannem hac nota separat a Christo, qui simul & deus erat, cui ut respondeat deus, & hoc citra articulum extulit παρὰ θεοῦ.

Cui nomen erat Ioannes ὄνομα ἀντῷ ἰωάννης, i.e. nomen ei Ioannes. Et mutauit non nihil latinus interpres, & addidit de suo, idque nulla compulsus necessitate. Ne quis nobis succéseat, si quid forte mutamus alicubi, uel adacti necessitate, uel inuitati cōmoditate, nec est simpliciter missus, sed πατέσαλμοί του participiū eius uerbi unde dicti sunt apostoli.

Vt oēs crederet p̄ illū græcis incertū est an p̄ illū referat ad Ioānē, ut intelligamus illo testificatē oēs debuisse credere in Christum, an oēs debuisse credere patri per illud lumen, cui testimonium perhibebat Ioannes, quod ἀντοῦ possit accipi masculino aut feminino genere. Non erat ille lux.) Primum illud admonendus est lector, quod latius hic interpres modo lumen uertit, modo lucem, græcis eandem esse dictionem φῶς, ne quis in cōmutata uoce latina somniet subesse mysterium. Ceterum illud non abs re queritur a doctis, cum Christus suos apostolos uocet lucem mundi, & cum Ioannes baptista nominatim dictus sit lucerna ardens & lucens, cur hic eum lumen esse neget, Verum hunc tantum alioqui nodum additus aut omisso articulus dissecat, quandoquā ueram illam & frapte natura lucem significat, articulum addit τὸ φῶς & τοῦ φωτὸς. Hic item cum negat Ioannem esse lucem non dixit δικτὶ ἐπεκτῖνος φῶς, hoc est non erat ille lux, sed δικτὶ ἐπεκτῖνος τὸ φῶς, i.e. non erat ille lux illa non erat illa uera lux, de qua modo dixi. An notauit hec Cyrillus, si cui nostra leuis est autoritas. Ad hanc cur magis placuit periphra sis, ut testimonium perhiberet de lumine, & testificaretur siue testaretur, cum grace sit μαρτυρίου. Erat lux uera.) Iam admonui lucem & lumen græcis idem esse nomen, ne quis erret in luce & in lumine, putans esse aliquid discriminis. Ceterum illud magis ad rem pertinet, erat, quo referre oporteat: nū ad uerbū, nam quo minus ad Ioannem referatur, obstat ipse sensus. Evidem arbitror, nec ad uerbū referendum, sed ad ipsum lumen, quod mox sequitur, propterea quod utriq; nomini lux & uera suus præponitur articulus ἡμ̄ τὸ φῶς τὸ αληθινόν, ut ad hunc legamus modum. Non erat Ioannes lumen illud de quo loquor, sed in hunc mūndū dūtaxat missus, ut testificaret de lumine, nā lumen hoc de quo loquor erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem, hoc est erat fons lumenis, unde ipsi quoq; Ioannī suum fluxit lumen.

Venientem in hunc mundum.) εἰσ τὴν κόσμον, id est in mundum, nam hunc nō additū Graci, nisi quod ita frequenter uertit interpres, exprimere cupiens opinor uim articuli. Sed cur hic magis addidit hunc ἡμ̄ in ijs quæ sequuntur. Et in mundo erat, & mūndus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, quæ singula cum suis articulis efferunt.

Et mundus eum non cognouit.) ἀντοῦ uidetur ad uerbum referre, quod græcis quidem est masculini generis. Ceterum interpreti latino uertendum erat in neutrum. Et mundus illud non cognouit. Idem sentiendum de ijs quæ mox sequuntur, & sui eunt non receperunt, quotquot autem receperunt eum. Ceterum illud in propria uenit, & sui eum non receperunt, græcis est eadem dictio ἥδια & ἥδιοι in sua uenit, & sui eum non receperunt.

Ex uoluntate carnis.) Annotandum neq; carni neq; uiro, neq; deo suum apponi articulum, ut spetiem carnis aut uiři designari intelligas non hanc aut illam carnem aut uiřum. Atq; his tribus sanguinibus carni & uiro opponitur deus, item absq; articulo. At Laurentius mauult hoc loco geniti sunt ἡμ̄ natī γεννηθησαν. Piæterea non est in nomine eius, sed in nomen εἰς τὸ ὄνομα ἀντοῦ. Quanquam his promiscue utuntur euangelistæ, credere illi & credere in illum & in illo, confiteri illum & confiteri in in illo, Baptizari in nomen Christi, & baptizari in nomine Christi, qua de re compluribus uerbis disputatione Valla.

Et uerbum caro factum est.) Τὸ λόγον, id est & uerbum illud, Nempe de quo tam sublimia diximus. Ceterum habitauit inter nos, aptius erat ἡμ̄ in nobis ἡμ̄ ναὶ. Et uerbum habitauit

bum habitauit εκκλησία a tabernaculis dictū est , quod alias uertit nōdificare, ut intelli-
gas temporariam apud nos habitationem.

Et uisdimus.) Deactū uerba, id est spectauimus . (Gloriam quasi unigeniti) Laurentius
mauult, tanq; unigeniti, quod uere esset unigenitus, & in hoc uerbo philosophatur nō
nihil Chrysostomus, interpretans anticipitem apud græcos uocem ὁν. Et unigeniti non
est hic participium, sed nomen, μονογενεῖς unde quod sequitur a patre, magis pertinet
ad gloriam, & ad unigenitum. Spectauimus gloriam eius, gloriam inquam non quamli-
bet, sed gloriam a patre exhibitam, quæ declararet eum esse unicum filium. Sentit enim
opinor de baptismo Iesu & transfiguratione . Cum audita est uox patris . Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite .

Plenum gratiæ & ueritatis.) Plenum hic nominandi casus est non accusandī πλήρης,
& refertur ad ὁ λόγος, quod & ipsum græcis est generis masculini, ut sit sensus, uerbum
illud caro factum est, plenum gratiæ & ueritatis. Alioqui uerba hæc magis uidebantur
cohædere cum Ioanne qui sequitur, ut legamus, plenus gratia & ueritate Joannes testi-
fatur de illo, ut accipiamus Ioannem hac præfatiuncula cōmendatum, quo plus pon-
deris habeat illius testimoniu. Etiam si non sum nescius interpres omnes hoc ad Chri-
stum referre, non ad Ioannem. Verum quoniam duriuscule cohæret cum superioribus
lectorem admonendum putaui, quo rem expendat. Deinde noue mutauit subito tem-
pus uerbi, μαρτυρεῖ, & κέρπεται, id est testificatur & clamauit, nisi forte præteritum usur-
patum est uice præsentis. Sic em legit interps Cyrilli, testificat & clamat. At is qui Chry-
sostomum transtulit, legit testimonium perhibet, & clamabat.

Qui post me ueturus est an me factus est) ὁ διώστω μου ἐρχόμενος, ἔμπροδει μου γέγονεν
participium ἐρχόμενος a uerbo ἐρχεται est, quod ad utrumq; tempus solet accōmodari,
præsens ac futurum. Quanq; hoc loco uertendum erat per præteritū, propterea quod
adhæret uerbo præteriti temporis γέγονεν, ad hunc modum, qui cū post me uenerit, an-
teme factus est, ut intelligamus Christum & serius natum fuisse, & serius prædicare coe-
pisse q; Ioannem, sed tamen autoritate anteueruisse, id quod solet accidere gnauis curso-
ribus, ut serius digressi a linea, assequantur ac præcurrant eum qui multo ante discesser-
at. Et in hac ferme sententiam edisserit Cyrillus, Chrysostomus altiora quedam ma-
uult sectari, uerum haud scio an ad huius loci sensum accōmodatoria, nā factus est, pos-
tum est, pro eo quod est cœpit esse, qui post me ueniebat, cœpit esse ante me, hoc est
qui sequebatur iam præcessit. Et prior me erat, prior positum est pro potior ac potētior,
q; græce est πρῶτος primus superlatuum uice politiui. Atq; hæc quidem ita uelim ac-
cipiat lector, uel ut ab admonente dicta, non tanq; a dogmatis autore. Nam quod sequi-
tur de plenitudine eius accepimus omnes magis pro hac facit sententia. Siquidem illic
plenus gratia & ueritatis de baptista dicebat Euangelista, hic Ioannes ipse fatetur suam
plenitudinem ab illo fonte fluxisse. Nec est nouum in literis diuinis & alios sanctos ple-
nos gratiæ ac perfectos dici, ne quis putet hoc uni Christo tributum, uerum ut dixi sup-
hac re nihil definio, sequatur quisq; quod magis probarit.

Quia non sum ego Christus.) Aut uertendū erat omissa coniunctione, non sum ego
Christus, aut confessus est se non esse Christum, mutata persona pronominis, uerum ad
huiusmodi minutula sapenumero sciens ac prudēs cōnieue, ne lectori mouē nauicā.

Per Iesum Christum facta est.) Ne quis frustra hic somniet mysteriū in facta est.
Idem est uerbum, quod primum uertit facta sunt, & factum est, deinde fuit homo . Rur-
sum ante me factus est. Ergo facta est hoc loco magis est cœpit esse, siue orta est, aut
quod uerbum arridet Vallæ extitit.

Dirigite uiā domini.) Εὐδύνατε, quod alij dixerunt εἰσι μάστιγε, id est parate . Flexus
enim est facit, quo minus prospicias aduentantē, ut hebreis est ων quod non abhor-
ret a uerbo Ioannis .

Ipse est

Ipse est qui post me uenturus) Totidem uerbis repetit ea quæ superius posuerat, de quo iam admonuimus. Medius autem uestrum stetit.) Melius ut in Aggæum, citat diuus Hieronymus, Medius autem uestrum stat, quod frequenter in his uerbis præteritum tempus p prælenti usurpetur, quemadmodū iam locis aliquot admonuimus.

Hæc in Bethania facta sunt.) Admonet etiam Chrysostomus in uetus toribus & emendationibus exemplaribus nō legi Bethaniā, sed Bethuaram, quod Bethania non sit trans Iordanem nec in deserto, sed citra Iordanem proxima Hierusalem. Suidas aut quisq; is fuit alius hominū ue, deumue, corrigit hunc locū, & pro Bethania supponit Thabara Θαβάρα. Ex locis hebraicis diui Hieronymi nihil admodum cōpertū luit excerpere, quod istorum uitio depravata sint apud omnes autores bonos omnia. Quanquā is eodem in ordine meminit Bethaniæ uilla, quæ absit ab Aelia hoc est Hierosolymis bis mille passus, in latere montis Oliueti, ubi Christus Lazarum amicum reuocarit in uitam. Ac mox subiicit Bethabitam, quæ fuerit trans Iordanem, ubi Ioannes baptizauit in poenitentiam. Vnde Hieronymi quoq; tempore durabat consuetudo, ut qui cuperent in Christo renasci, eo in loco uitali gurgite abluerētur. Nec dubium esse puto, quin hic sit locus quem designat Ioannes, utcumq; uariatum est loci uocabulum.

Altera autem die.) τῇ ἐπαύριον, id est posterio die siue postridie, ut intelligas diem proxime secutum. Nec est uidit sed uideat βασικόν.

Agnus dei,) ὁ ἄρνης, id est ille agnus, ut unicum & insignē agnum accipiamus, de quo dixerit Esaias, Velut agnus coram tondente obmutuit.

Peccata mundi.) πώς αμαρτίαρτον κόσμου, id est peccatum mundi numero singulari. Ac plus quiddam expressit, q̄ si dixisset peccata. Hic agnus ipsa est innocentia, & solus a suis tollit peccatum, hoc est ipsam tyrannidem, & vim omnium peccatorum, ut iam nullum sit in eis peccatum.

Venit uir.) Venit præsentis est temporis, aut certe futuri ^{ex} etat.

Altera die. Rursus ἐπαύγιον, id est postero die quod modo admonuimus.

Et respiciens Iesum. *Exhæfæc*, id est intuitus ut ipse cum alias sepe, tum mox uertit intuitus autem eum Iesus dixit.

Vbi habitat, id est ubi manes, idem est uerbum quod eodem in loco nunc uertit manere, nunc habitare. Et uiderunt ubi maneret ποῦ μένει. Et rursum apud eum manserunt πατέρων τοῖς οὐρανοῖς.

Tu es filius Ioanna.) ὁ γένος τῶν, id est filius Iona , quod hebraice בר-יונא bar Iona quod alibi uertit filius loannis.

Vocaberis cephas quod &.) Cephas Hieronymus in hebraicis nominibus negat hebraum esse uerbum sed Syrum, & apud illos sonare solidum, Vnde qui tradunt graecorum nominum ἐπυμολογία & πέτραι, hinc dicta uolunt quod nō facile moueatur.

In crastinum.) επάύρη, quod superius bis uertit altera die, tandem mutauit in crastinum, at ne id quidem satis latine aut cōmode.

A Bethsaida ciuitate.) Græce est ἀπὸ Βηθσαΐδος αἱδὲ ἐκ τῆς πόλεως, id est a Bethsaida, de ciuitate quasi Bethsaida sit regio in qua sit ciuitas. Quanquam diuus Hieronymus in locis hebraicis ostendit Bethsaidam esse ciuitatem Galilææ uicinam, stagno Genezareth, patriam trium apostolorum, Andreae, Petri, Philippi. Vnde uidetur ex præpositio superesse, præsertim cum nec apud Chrysostomum addatur nec apud Cyrilium.

Inuenit Philippus Nathanael.) Inuenit prima syllaba acuta pronunciandum est; Est enim praesens temporis. Quanquam latinius erat reperit ^{eu}pion^on^o ueluti obuium, Ac paulopost inuenimus Messiam.

Filiū Ioseph a Nazareth.) Inuenit ne a Nazaret, an fuit Ioseph Nazareus, an Christus, Nam latīnus sermo prorsus anceps: cum grāce sit expeditus ac certus τόπων κατοικίας εδ, hoc est nazarenūm, siue e nazareth oriundūm.

A Nathanael

Nazareth
A Nazareto potest aliquid.) Græci legunt pronunciatiue, cū per interrogationem quoq; possit accipi, quemadmodum annotauit & diuus Augustinus, tametsi quod con sequitur magis suadet, ut per interrogationem legatur, quod uideatur uelut interrogati responsum, ueni & uide.

EX CAPITE SECUNDO.

IN Chana Galilææ) Hieronymus indicat duas esse Chanas, ad distinctionē igitur alterius additum est Galilææ τὴς γαλιλαίας. Est enim in Galilæa gentium.

Iti ἐκοινάσθαι. Hydriæ græca uox est. Nam Plautus uocat aquales, quandoquidem & ὑδρία ab aqua nomen habet græcis.

Metretas duas.i.cados, τῆς utraq; uox græca est, sed latinis usurpat cadus apud Horatium. Nardi paruuus onyx elicit cadum, atq; apud Pliniū, metreta est apud Catonem Metreta, & Columellam. Est autem mensura congiorum decem.

Architrichino) græca uox est, significat eum qui præfetus est apparando conuiuio. Triclinium locus tribus constratum lectis ad discubendum.

Vsq; adhuc) ἔωστε πρτι. i. usq; nunc. Et cum fecisset quasi flagellum) quasi non additur in græcis codicibus καὶ ποιήσας φραγέλλιον, id est facto flagello.

Quod ipse nosset omnes.) omnia est græce τὰ ωντα

Oues quoq; & boues) Non est quoq; græcis, sed que τάτε πρόβατα ouesq;.

Zælus domus tuæ comedit me. Extat id testimonium psalmo sexagesimo octauo, quod ab Hebreis ita legitur. בְּקַנְתָּת בִּיהְר אֶלְתָּנִי וְחַרְפָּה צְרָבֵן גַּבְלוֹ עַלִּי.

EX CAPITE TERTIO.

Nisi quis renatus.) γεννηθεῖ. i. genitus siue natus fuerit. Et in antiquissimis codicibus latinis, natus fuerit est, nō renatus Valla genitus mauult, qd' ei uiro quoq; gignatur aliquis, cum e muliere nascamur.

Quomodo potest homo renasci.) γεννηθεῖ. i. nasci siue gigni, concordantibus & antiquis nostris. Item in sequentibus nasci est non renasci.

Et nasci denuo) αναθεμ, quo aduerbio usus est & Lucas in p̄fatione euāgelij sui, quod nos uertimus ab integro. Spiritus ubi uult spirat) ubi loci aduerbiū est, non temporis, Valla mauult spirat quo uult, nam mox uertit ita τὸν ὑπάγει. i. quo abeat. Est enim simile de flatu, re quidem inuisibili, sed tamen efficaci.

Tu es magister in Israel) τὸν ἰσραὴλ. i. Israel genitiū casus, ut intelligas magistrum eius gentis. Qui est in coelo) δὲ ὁ ἦν ὀντας participium uerti poterat per præteritū imperfectum, qui erat in coelo, uidelicet anteq; descenderet.

Qui de terra est de terra loquit̄) In græcis exēplaribus addunct̄ aliquot uerba δὲ μὴ τὴς γῆς, εἰς τὴς γῆς ἐσιμ, καὶ εἰς τὴς γῆς λαλεῖ. i. qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Perinde quasi dicas, qui e terra profectus est, is terrenus est, & terrena loquitur. Neq; enim loquitur de terra, quod erat περὶ τὴς γῆς, sed εἰς τὴς γῆς, hoc est e terra uelut humilia. Atq; ita legit Chrysostomus atq; ite Vulgarius. Et qd' de celo uenit est p̄sens tē poris δὲ χρόνου, nisi quod hæc participia duobus temporibus deseruunt. At ita uertendū erat & ὡμ., qui e terra erat, terren⁹ est, at qui de celo p̄fectus erat, is supra oēs est.

Signauit) ἐσφάγγισε, id est obsignauit, hoc est confirmauit. Nam sigillum additum rem certam efficit.

Sed ira domini manet.) μενεῖ, id est manebit, quanq; accētu mutato erit manet μενεῖ, atq; ita legitur in nonnullis exemplaribus, ac mea quidem sentētia rectius. Fides aufert peccatum, infidelitas relinquet peccatum, manet autem quod non tollitur.

EX CAPITE QUARTO.

Per medium Samariam) Medium non additur, nec in græcis codicibus, nec in antiquis exemplaribus διὰ συμπ̄σιας. Atq; ita legit Chrysostomus.

Sedebat

ANNOTATIONES

Sedebat sic super fontem). οὐτως addit ut gestus exprimat hominis lassi, uel sic, nempe quia fatigatus. Et melius erat ad fontem ἢ supra fontem.

Non enim coutuntur) συγχρῶνται, uocem græcam factitiam latine reddidit, quis enim unq̄ dixit couti, aut quis intellecturus sit, couti esse commercium & mutuam uitæ cōsuetudinem? Nam & latinis usus familiaritatem significat, & utimur his cum quibus agimus consuetudinem. Tu forsitan petisses) οὐ δημήτριος, tu poposcesses. Interpres pro ἡ coniunctione explativa, posuit aduerbium dubitantis, cum an magis affirmet. Ceterum cum apud euangelistā utriq; uerbo sit addita coniunctio ἡ petisses & dedisset, in priore uertit forte, & in posteriore non uertit. Atqui aut erat omittendū utrobicq; aut utrobicq; addendum.

Neq; in quo haurias) ἀντλημα, i. hastrum. Nam eo uerbo usus est Lucretius, quando quidem hauritoriū Vallæ parū nitidum uidetur. Et latinius erat quo haurias ἢ in quo haurias. Altus) βαθύ id est profundus.

Et pecora eius) θέματα, quæ uox omne animantis genus complectitur, ab alendo dicta. In aeternum) ἐις τὸν αἰώνα, id est in æuum.

Quia uirum non habeo) Quæsto quid ex hisce uerbis percipi potest, nisi mulierem dixisse, quod Christus non habuerit uirum. Usq; adeo nihil referre putamus, quomo i do loquamur, aut quid auditurus sit qui legit? Omittenda igitur erat, si usq; alias hoc loco coniunctio ὅτι quia, aut mutato uerbi modo, uertendum erat hoc pacto, bene dixisti te uirum nō habere. Quod si nunq; interpres omisisset græcam coniunctionem poterat uideri superstitione factum. Ceterum cū alicubi deprehendatur omisisse, mirū cur hic putarit addenda.

Qui adorent eum.) τοὺς προσκυνοῦτας ἀντρού. i. adorantes se, siue qui adorent se. Apparet interpretē fugisse Amphibologiā pronominis reciprocī.

Quia Messias uenit) ἔρχεται, quod græci nonnunq; usurpant pro futuro. Tametsi præsentis tēporis uox est. Hoc loco magis quadrabat ueniet ppter id quod sequitur, cum ergo uenerit ille. Et ueniet legitur in antiquis & emendatis codicibus latinis.

Et continuo.) καὶ ἐώ̄ τούτῳ. i. in hoc, nimirū cū hæc diceretur. Quid cū muliere loqueretur) ὅτι μετὰ γυναικῶν ἐλόγει. i. quod cū muliere loqueret, siue locutus esset. Interpret̄ pro ὅτι legisse uideſt. Non em̄ mirabant̄ quid esset quod cū illa fuisse collocutus, sed illud admirabantur Christū cū Samaritana paucula, tam familiariter collocutum esse. Porro mulierē positū est pro ea, ut hominē aliquoties, pnominiis uice usurpamus. Nec em̄ apostolis noua aut suspecta res erat Christū cū muliere colloqui. Quod diximus, ppter modū ex Chrysostomi interpretatione licet cōiūcere. Nā quod sequitur quid loqueris cū illa, magis uertendū erat cur loqueris cū illa, nimirū Samaritana. Abhorrebāt em̄ Iudei a commercio Samaritanorū. Viden̄ em̄ discipuli uoluisse dirimere colloquiū Christi cum muliere. Verū nō ausos hoc facere. Nūquid aliqs.) μῆτρα, i. nūquis. Et messis uenit) ἔρχεται poterat esse & uentura est. Et quatuor mēses græcis unica dictio est τετράμηνοι, quadrimestre. In hoc est sermo uerus) ὁ λόγος cū articulo, ut intelligas de eo fermōe quē modo dixerat. Porro p̄fatus est uerū esse, cū rem nouā & incredibilem subiūciat.

Propter sermonē eius) eius ad Christū referendū est, nō ad mulierē autōū, unde melius erat ipsius. Saluator mundi) Græci addunt Christus ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ χριστός.

Quidā regulus) τίς βασιλικός, i. quidā regalis, tametsi legendū opinor βασιλικός. Etiā si constanter reclamat græcos exemplaria, quin & interpretētes, qui scribūt hunc basilicon dictum, uel quod esset generis regij, uel quod magistratu munereq; regio fungeretur. In hanc ferme sententiā Chrysostomus, nūquid illuc regulū lego non regalem, haud scio an interpretis an librarij uicio, & paulo post. Incipiebat enim mori ἥμελλεν γοργὸν ἐποδίνειν, id est erat enim moriturus, quod tamen hic data opera sic aliquoties uertit.

Melius habuerit) κομψότερον ἔχει, id est melius siue cōmodius habuisset.

EX CAPITE QVINTO.

Est autem Hierosolymis probatica.) εἰ δὲ ἡ ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήσθαι. i. est autē super probaticam, siue ad probaticam piscina, nam græcis probatica datius est, piscina nominatius, sonat autem probatica, quasi dicas ouibus la siue pecualis, ut uerit Hieronymus. Et piscina hoc loco significat nō uiuariū piscium, sed in qua natatur, uel græca uoce id attestante, quæ dicta est, παρὰ τὸ κολυμβητήν, id est a natādo. Quæ cognominatur Bethsaida) græce est βῆθσεδα, id est Bethseda, quā & eadem vox & apud diuum Hieronymū erat deprauata, quod uel hinc colligi licet, quod cum antea Bethsaida nominasset ciuitatē Galileæ patriā triū apostolorū Andreæ, Petri, Philippi, iuxta stagnum Genezareth, aliquanto post subiicit rursum Bethsaida piscinam, quæ fuerit Hierosolymis cognomento probatica, quā nos, inquit, pecualem possumus interpretari. Hæc quinq; quondam porticus habuit. Ostenduntur gemini latiçus, quorum unus hybernis pluvijs adimpleri solet, alter mirum in modū rubens, quasi truëtis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nā hostias in eo lauari a sacerdotibus solitas ferunt. Vnde & nomē acceperit, ita ferme Hieronym⁹. Porro quod ait hinc nō men inditum, non solum pertinet ad uocem græcam πρόβατος, quæ pecudem, aut ouem sonat, uerum etiam ad Hebraicam בֵּית־עַד. Siquidem Hebraicis domus dicta est עַד Grex siue pecus. Apparet igitur totum eum locum dictum probaticam, in quo fuerit aliqua pars seruata in usus natare uolentium. Hugo Carrensis admodum piscinam dictam per antiphrasin, quod minime haberet pisces, quemadmodum fores diaboli dictæ sunt parçæ, quod nemini parcant. Nimurum hæc Etymologia similissima est isti, quā attulit de Sycomoro. Sycomorus, inquit, dicitur quasi sicut morus, quod sit similis moro. Ad hunc sane modum, non est magnum ingentia condere uoluntas, si libeat huiusmodi nænijs miseras contaminare chartas.

Et mouebatur aqua.) Antiqui codices habent, & mouebat aquam οὐχ ἐτάρασσε τὸ νερό, id est, & turbabat aquā. Quāc; alij rursus habebant ἐταράσσει τὸ νερό, Chrysoſtomus sic interpretatur hunc locum, ut sentire possis ab angelo solitam turbari aquam & articulus occasio fuit erroris, cum eadē syllaba posit esse & finis uerbi.

Et qui prior.) Vetus codices consentientibus Græcis exemplaribus habent, q ergo primus ὁ ὄντες πρῶτος ἐμβέσσος, id est qui igitur primus ingressus fuisset.

Descendit in piscinam.) In piscinam, nec est in antiquis, nec in Græcis, uerum hoc aliquis explicandi gratia de suo adiecit.

Post motum aquæ.) μετὰ τὴν ταραχὴν, id est post turbationem, quod ante dixit ἐτάρασσε τὸ νερό. Dū uenio em ego.) οὐδὲ μέτερχομαι ἐγώ, in quo autem uenio, ut ad uerbū redam, uertedum autem erat. Caterum interea, dum ego uenio alias ante me descendit.

Iesus aut̄ declinavit a turba.) ξέρευστε, incertum an a νεύειη an a ζενεύειη. Nec est a turba constituta in locâ. Alioqui addidisset articulum ὄχλου τοῦ ὄντος ἐπ τόπῳ. Sed Iesus subduxit se. Cum turba esset in loco, quod inter plurimos facile est unum aliquem lateare, quem deinde non agnoscas, unde magis dictum uidetur a ζενεύειη, uelut peregrinum & ignotum fieri. Ut ne dicam, quod ὑγιής sanus magis pertinet ad integratatem membrorum, & morbum ueluti febrim. Nam morbo opponitur bona ualitudo, uitio corporis, opponitur debilitas.

Iam noli.) μηκέτι, id est, ne post hac. Quāc; recte uerit interpres, callentibus linguā latinam, apud quos idem ualet iam quod post hac.

Nisi quod uiderit patrem. Μέτρη μητέρα, id est nisi quid uiderit. Aut certe nisi uiderit. Nam τι frequenter additur ex proprietate græci sermonis.

Sed trāslet.) ἀλλὰ μεταβέβηκεν, id est transiit preteriti temporis, non futuri.

Ea ipsa.) Ea referendum ad superiora, ipsa ad sequentia.

Vos putatis.) ἵμερις δοκεῖτε Græcus sermo anceps, & sic accipi potest, uos uidemini, h aut uidemini

Probatica, piscina,
pecualis.

Taxat Hugo Carren.

aut uidemini uobis. Claritatem.) Μόρι, Miror quare non maluerit gloriā hoc loco. Tametsi doxa non est anceps ad claritatem, sed ad gloriam & opinionem.

Non accepistis.) οὐ λαμβάνετε, id est nō accipitis. In quos uos speratis.) ἡλπίκατε, id est sperastis, tametsi bene uertit interpres. Si enim crederetis &c.) εἰ γαρ ἐπίσευεται μωνή ἐπίσευεται δημοι, id est, si em credidissetis Moysi, Credidissetis utiq; mihi. Rursum p dū posuit forsan, haud sene in loco.

EX CAPITE SEXTO.

MUltitudo maxima.) πολὺσ δχλος, id est multa turba. Ad eum.) πρόσαυτον, id est ad se. Et duos pisces.) καὶ δύο δέραι, & apud Terentium in Adelphis pisces obsonium uocatur. Quid inter tantos.) εἰ τοσύτοις, id est inter tā multis siue inter tot. De numero loquitur, non de magnitudine hominum.

Erat autem fœnū.) χόρτος herba siue gramen.

Distribuit discubentibus.) Graeca nō nihil dissonant καὶ εὐχαριστας, id est uox τοις μαδηταις οἱ μαθηται τοισ ανακειμενοις, id est & cum gratias egisset, distribuit discipulis discipuli uero discubentibus. Nā ad eū ferme modū referunt & ceteri euangelista, ipsum nō dedis se turbe, sed discipulis, deinde discipulos distribuisse multititudini. De piscibus quātū uolebat.) δύορη θελεμη, id est quantum uolebat, nempe Iesus, non quantū illa multitudo. Siquidem is erat qui suo arbitratu augebat cōmeatum illum, alioqui exigui. Atq; ita legit Cyrus. Ceterū una mutata literula, erat uolebant, θελομ.

Ne pereant.) μάτε ἀπόληται, id est ne quid pereat.

Dodecim cophinos fragmentorū.) Legi poterat & fragmētis ut referat ad uerbū impleuerūt. Quia hic est uere propheta.) Quia pretermittendum erat, nec simpliciter uertendū erat propheta, sed ille propheta ὁ προφήτης. Siquidem ex uaticinio Malachiæ expectabatur Helias, aut illi similis. Ut raperent eū & facerent eū.) Vtroq; loco se dicendū erat nō eum. Ut autem sero factum est.) δύο sero pro uespere semper uisitatur, Legimus apud Liuium serū diei, pro sera parte diei, sero non reperimus nisi aduer bialiter usurpatum. Cū ascendissent in nauim.) εἰσ ἡ πλοῖον, cur hic oblitus est suae nauicule? Nec est ascendisset, sed εμβάντες, id est ingressi nauim, aut certe consensu nauim.

Fugit iterum.) ἀνεχώρησε, id est, secessit. Et proximum naui fieri.) Nimirū graece uer tit καὶ ἔγγυσ πλοίου γινόμενοι, id est naui appropinquare, siue accedere ad nauim.

Fuit ad terram.) ἐγένετο ἐπὶ γῆς, facta est in terra. Quā ibat.) καὶ ἦν ὑπῆρχον, i. ad quam ibant, nempe apostoli. Altera die.) τῇ ἐπαύριον, i. postero die. Quod nauicula alia.) πλοίοις hinc uere diminutiū est nomē. Gratias agētes deo.) Hæc uerba in altero exemplari non habebantur, in altero diuersa ἐφαγορ ὅρη ἀρτοι, εὐχαριστος τοῦ κυρίου, id est ubi comederant panem. Cum gratias egisset dominus. Quando huc uenisti.) πότες γέγονες hinc γέγονε uerbit uenisti. Cur non paulo ante ἐγένετο ἐπὶ γῆς, i. uenit in terrā.

Pater signauit.) Κατέρριψε, ut intelligas autoritatem patris hoc testimonio cōprobatus sicut alias admonuimus. Non dedit uobis panem.) ἐπέζητο, id est illum panem, neq; em negat illum panem fuisse datum per Mosen, sed non illum eximium, de quo sensit scriptura diuinā. Item paulo post, panis em dei est. Nam ille panis dei est.

Quia dixit ego sum panis uiuus.) Hic non additur uiuus, sed tantum ἐγώ ειμι ὁ ἄρτος ὁ καταβαττός ὃν φανοῦ, id est ego sum panis ille qui descendit de cœlo. Nōne hic est filius Ioseph.) οὐχ διτράχειρ ἱκοῦς ὁ ἥδη λασθρ. i. nōne hic est Iesus filius Ioseph. Consentiant & antiquissima exemplaria latinorū. In inuicem.) μεταλλάσσω, i. inuicem, siue inter uos.

Docibiles.) διδασκοι τοῦ Θεοῦ, i. dociles dei ut accipiamus passiu, testimoniu est apud Esaiam cap. 54. Vniuersos filios tuos doctos a dño. Nam hinc diuus Hieronymus indi cat sumplisse Ioannē. At cur igitur nō dixit in Esaiā, sed in prophetis, pindē diuus Hieronymus citat consimilē huic sententiā. Ex Hieremiā cap. 31. Porro quod Hieronymus iuxta ueritatē hebraicā transtulit doctos a deo, Septuaginta uerterūt discipulos dei, ut intelligas

Intelligas passiuē accipiendum esse non actiuē Hebraicū est. גָּבֵל בְּנֵי־לְפָנֶיךָ רַהֲבָה Laurentius indicat, in quibusdam exemplaribus scriptū fuisse διδακτικούς in alijs διδακτούς, ac posteriorē lectionē magis approbat. Cuius sententia & ipse subscribo διδακτικός ēm dicitur, qui est appositus ad docēdū interprete Hieronymo. Vnde Paulus inter ceteras dotes, uult episcopum esse διδακτικόν, hoc est idoneum ad docēdū, ut suo comi monstraribim loco. Docilis autem est is qui facile discit. Docibilis uox est latinis auribus inaudita. Paulus in epistola ad Thessalonicenses composita extulit dictione quod diuisit Ioannes, αὐτοὶ γαρ ὑμεῖς θεοῦ διδακτοῖ εἰσι, id est. Nam uos ipsi a deo docti estis, quāq; hoc docti non est participium græcis, sed nomē. Vnde interpres studuit nomē nominī reddere, cōsimiliter cōposito Homeris Citharœdū ἀντοδιδακτοῦ appellat, q; nō ex arte, sed afflatus numinis caneret ex seipso docto, αὐτοδιδακτόθεος δέμοις φρεσίρομοντες παιτοις ἐνέψυσε. proinde hoc loco non erat uertendum, docibiles dei, sed docti a deo, ut consentiat cum eo quod præcessit, nisi pater qui misit me traxerit eum, hoc nimirunt est esse θεοδιδακτοῦ, trahi patris afflatus.

Vt si quis ex ipso manduauerit.) ἴνα τις ἔξαυτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποδέψῃ, ut quis ex eo edat, & non moriatur.

Litigabant ergo.) ἐμάχοντο, id est pugnabant, siue decertabant.

Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo.) Addenda erat interpreti particula, quæ respondet, sicut quo dilucidior redderetur ratio, quēadmodum misit me pater, qui uiuit, ita & ego uiuo. propter patrem præterea ὁ τρώων, id est, qui manducat me, participium accōmodandū erat uerbo, cui adharet ὕστεραι uiuet, qui ederit me, ipse quoq; uiuet, ppter me. Qui de cœlo descendit.) καταβὰς præteriti temporis est descendit.

Si ergo uideritis filium hominis.) Aliquid subaudiendum, quo sermo fiat absolutus. Quid igitur si uideritis ἐπειδηπτε significans id futurum, quod admirabilius sit, nempe ut redeat in celum unde uenerat.

Non habebitis.) δικ Χρήστος, id est, non habetis. Ex hoc.) ἐκ Ιούτου, id est, ex eo ut subaudias tempore. Diabolus est.) Miror hic placuisse uocem Græcam, dicere poterat delator est, siue calumniator.

EX CAPITE SEPTIMO.

TN Galilæa est in Iudæa, ἐν σαλιλαίᾳ, & ἐπιουδαίᾳ. Scenophagia.) σκηνοπικγία. Scenopedia quæ uox composita dicta est a figendis tabernaculis. Nostrī perperam addunt aspirationē, quā græca dictio respuit. Et quarit in palam esse. οὐδὲ γετεῖται ἀντεῖται εἰπεῖν παρρησία ἔνται, id est & querit ipse in libertate esse, hoc est libere & audacter log.

Ego ēm non ascendam.) ἐγὼ δύναμαι αναβαῖνω, id est, non dum ascēdo alioqui mentitus uideri poterat, qui se negarit ascensurum, cum tamen ascenderit.

Murmur multus.) γογγυσμὸς πολὺς, id est, murmuratio multa, siue murmur multum.

Nemo tamen palam loquebatur.) παρρησία λαλεῖ, id est libere loquebatur.

Iam autem festo mediante.) Vtinā tam feliciter, q; audacter interpres expressisset uocem græcā μεσούσης, id est mediante. Caterum latine dicendum erat cum dimidiū festi peractum esset. Aut circa medium festi.

Mihi cur indignamini.) ἐμοὶ χολαρτεῖ, id est mihi succensetis, & cur aduerbium non additur, nec in græco, nec in antiquis exemplaribus.

Nolite iudicare secundum faciem.) κατοφθιμ. i. secundū aspectū, hoc est uulgarī more.

Ecce palam.) ιδού παρρησία λαλεῖ, id est libere loquitur, siue audacter loquitur.

Nunquid uere cognouerunt, quia hic est Christus.) In nonnullis græcorum exemplaribus repetitur uere ἀληθῶς. Num uere cognouerunt hunc esse uere Christum? Ad eū quidem modum legit Vulgarius. Caterum apud Chrysostomum non additur.

Ego scio eum & si dixero &c.) Græca sic habent ἐγὼ δὲ διδακτοῦμ, διδακτοῦ εἰμι, κοσεῖται Θεογνέσειλεμ. εἴτε οὐδεμίτοις, id est, Ego uero noui eum, quia ab eo sum. Et ille me misit.

Quarebant igit̄ &c. Antiquissimi codices propemodū consentiunt cum grācis. Nam sic habent. Ego scio eū quia ab ipso sum, & ipse misit me. Quarebant ergo eū apprehendere. In dispersionē gentiū iturus est.) ἐλάνω, id est, grācorū, quod tamen aliquoties pro qbusuis gentibus usurpat ut paulo post. Docturus gentes. τούς ἐλάνως, i. grācos. Cæterū illa, & si dixerō quia nescio eū ero similis uobis mendax) nō addun̄ in exēplaribus grācis, imo ne in latinis quidē emendationib⁹. Qui credit in me, sicut dicit scriptura.) Ita distinguit Ioānes Chrysostom⁹, ut sicut dicit scriptura referat ad uerbū credit in me. Et id quod sequitur, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ uerba sint Christi nō scriptræ, ut hic sit sensus, scriptura monet, ut mihi credatur. Nā de me testificaf⁹. Ergo qui crediderit in me, iuxta quod scriptura monet, futurū est, ut ille concepto spū meo effundat flumina efficacis doctrinæ. Ad hanc distinctionem, confugit Chrysostomus, quod ea uerba quæ sequuntur, nusq̄ legantur in diuinis litteris. Etiam si Lyranus ex Solomone citata putat. Cæterū quod Carrensis uelut ex Chrysostomo autore mutat aquā uiuā in fonte uiuū, quid sibi uelit, ipse uiderit. Nihil em̄ huiusmodi, reperies apud Chrysostomum, uerum ex alio loco citat, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam.

Non dum erat spiritus datus.) Pro datus grāce est sanctus. Nec additur datus. Cæterum offensus quipiam prima sermonis fronte, quasi spiritus sanctus aliquando non fuit, pro sanctus fecit datus. Atqui nihil erat periculi. Agit em̄ nō de substātia spiritus sancti, uerum de illo munere & afflātu, quo apostoli subito mutati sunt in alias uiros. Atq̄ id p̄pemodum licet ex Chrysostomi uerbis colligere. Cæterum Vulgarius plane legit spiritus sanctus, & interpretatur non erat, non erat datus.

Ex illa ergo turba.) πολλοὶ δύμι ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες, id est multi igitur de turba cum audissent. Maledicti sunt.) ἐπικατάρατοι. Ex Galilæa propheta non surgit.) ὅνκεγάλη γέρτω, id est non surrexit Siue exortus est, ut intelligas nemine exortū.

EX CAPITE OCTAVO.

Vt hystoia de muliere adultera, nō habet in plārisq̄ grācis exemplaribus, in nōnullis adiecta erat in calce. Atq̄ adeo Chrysostomus nullam huius facit mentionem edifferens euangelium Ioannis, legens hoc contextu, scrutare & uide, quia a Galilæa propheta non surgit. Rursum igif̄ Iesu illis locutus est dicens, ego sum lux mundi &c, & ad eūdem modum legit Vulgarius, cū alioqui perpetuam in totum Ioannis euāgelium cōmentationem scriperit. Ad hāc diuus Augustinus, cum in hoc euāgelium diligenter ac copiose scriperit, hunc locum ne attigit quidem; quin & diuus Hieronymus, in Dialogo aduersus Pelagianos secundo, cum uehementer egeret huius testimonio loci, quo quidem in casu solet & ex apocryphis adducere testimonia, tamen hāc allegans historiā, in genue fateatur, non in omnibus haberi codicibus. In euāgelio (inquit) secundum Ioannem, in multis & grācis & latinis codicibus nō inueni de adultera muliere, quæ accusata est apud dominū, Cyrillus hic magnam euāgelij partē reliquit intactam. Vnde quid is legerit, certum sciri non potest. Nos tamen, quoniam iam ubiq̄ recepta est, præsertim apud latinos, noluimus suo mouere loco. Sine peccato est.) ἀναμάρτητο, quod non solum significat eum qui non peccauit, sed qui peccare non poslit, ut indicauit Hieronymus in dialogis aduersus Pelagium. Audientes autem hoc unus post unū.) Grāca dissoln̄t διὰ ἀκούσαντες καὶ ὑπὸ τῆς συνεδίσεως ἐλεγχόμενοι ἐκέχομτο ἐis καθεῖ, id est, At illi cū audissent, & a cōscientia redarguerent. Exierūt singillatim. Quāq̄ aliter legit Valla.

A senioribus.) Addūt hic grāci ἔως τῶν ἐσχάτων, id est, usq̄ ad postremos.

Et remansit solus.) κατελειφθη, id est, relictus est.

Forsitan & patrem.) Rursum coniunctionem ἡρ̄ uertit in forsitan, cum id Christus affirmet potius q̄ uocet in dubium.

Vos deorsum estis.) εἰ τῶν κάτω, id est, ex inferis, siue ex ijs qui inferne sunt. Antiqui bus

libri habet uos deo sum estis, ac mox ἐκ τῶν ἀνθρώπων, id est, e signis, quod articulus additus uim habeat nominis adiectui. Principium qui & loquor.) Principium nō est hic nominatiū casus, ut Christus dixerit se esse principium, nec accusatiū, id quod diuus ex iustimat Augustinus, propterea quod non cohæreat, cum ijs quae præcedunt, sed aduerbiū. Sic enim Græci dicunt τὸν ἀρχὴν pro primo, seu principio, quemadmodum τὸν ὅτιον postremo, aut deniq; aduerbialiter. Nec est græce q; ὅτι, id est, quia uel quod, Quāq; his quoq; cognitiū sensus apud græcos, nonnihil habet ambiguitatis, potest em̄ hic esse sensus, ut rogatus Iesus quis eslet responderet. Hoc primo loco dicam, is sum q; loquor uobiscum. Nam cætera de me indigni estis qui audiatis. Aut si legimus ὅτι, non ὅτι, ut constanter habet græci codices, assentiētibus & latinis aliquot exemplaribus, in quibus scriptum est principium, quia & loquor uobis, potest hic esse sensus, primū id sum, quod etiam dico uobis. Non explico quicquid sum, indignis, hoc primum dico, me mis̄sum esse a patre, & præconem uitæ, id quod iam dudum dico uobis. Siquidē græca uox ὅτι anceps est, ad quod nomen, & quia coniunctionem. Potest accipi tertius quoq; sensus, ut haec cohærat, cum his quae proxime sequuntur. Multa, habeo de uobis dicere, primum ob id ipsum quod loquor uobis, quo beneficio uos præbets īdignos, multa habeo quo de uobis dicā, hoc est multa sunt, de quibus uos accusem, & condemnē, plurā habiturus, si dicā quis sim, nimirū deus & homo. Nā id accessisset illis ad cumulum īm̄pietatis, cum haec ipsa quae audierant inflament illos ad consilium occidendi. In hunc ferme sensum edisserit Chrysostomus, & hunc secutus Vulgarius. Quorū uterq; sic accipit, ut Christus nihil respōdere dignatus sit, ad id quod interrogant, tu quis es, ut q; digniores essent, qui audirent quid ipsi essent, nimirū īm̄pij, rebelles, scelerati q; quis eslet Christus, cui insidiabantur. Cæterum Augustinianam interpretationē, uel ipsa refellit res, neq; em̄ competit in Christum absoluta principij appellatio, cum proprietas finit sit esse ab alio. Quāq; Augustinus uel hoc ipsum debebat græcis litteris, quod per eas intellexerit principium esse foemini generis apud græcos, & casus accusatiū, quod si adolescens eas literas discere maluisset q; fastidire, nimirū earūdem beneficio uidisset, & illud τὸν ἀρχὴν aduerbij uice ponit, qua quidē in re nihil offensus est Chrysostom⁹ quippe q; græci sermonis formā agnosceret. At deus bone quot uerbis hic agit Augustinus, dum persuadere conatur principiū sic accipiendum, quasi dixisset, credite me esse principium. Quia patrem eius dicebat deum.) Antiqui codices habent, quia patrem eis dicebat deum, Græci sic ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγον, quod patrem eis dixisset, nec additur deum. Sensus autem uidetur, nō intellexisse Iudeos, cum Iesus de patre loqueatur quid uocaret patrem. Nam aliud quiddam uidebatur significare, q; quod nulgo patrē uocat. Vere discipuli mei eritis.) Græce legūt ἵστε, id est estis. Interpres legisle uidetur ἔστε. Et item paulo post (uereliberi eritis) ἔστε ἔλευθεροί ἵστε, id est uere liberi estis.

Si filii Abrahæ estis,) εἰ τένεται τοῦ ἀβραὰμ ἡ τέ, Ια ἐργα τοῦ ἀβραὰμ ἐποιήτε, id est, Si Abrahā filii essetis, opera Abrahæ faceretis, ut cohæreat cum eo quod sequitur. Nunc autē quætitis me interficere. Antiquissimus codex habebat facitis, non facite,

Diligeretis utiq; me.) Cur hic non dixit diligeretis forsitan. Nam eadem est coniunctio q; eodem modo posita quā toties uertit forsitan & forte,

Arguet.) Antiquissimi codices habent arguit. Itidem & græci ἐλέγχοι, ut arguit positū sit p possit me arguere, & arguere dixit, p cōuincere nō, p accusare, nā id est, ἐλέγχειν.

Quia mendax est & pater eius.) καὶ δὲ πατέρες αὐτοῦ, sermo qdem græcis anceps est, sed interpretes referunt αὐτοῦ, non ad diabolum, sed ad Iēsū, id est mendacium. Ad eū modum interpretatur Chrysostomus, Diuus Hieronymus in explanationib⁹ Esaiae, atq; itē diuus Augustinus, ut sit omnis homo mendax, cæterum diabolus mendaciū pater, qui primus omnium mendacium produxerit. Eritis sicut dij.

In honoratis;) ἀτιμάζετε id est contumelia afficitis, antiqui habet in honoratis consentientibus græcis. Ero similis uobis mendax.) Hinc erat transcriptum, quod indicaui-

m̄s additum superius, Nam hoc loco legit & interpretatur etiam Chrysostomus.

Quinquaginta annos.) Chrysostomus legit quadraginta, adiiciens cōmēti uice, ac si iam prope accederet ad eam atatem. Eaꝝ lectio magis mihi probatur. Nec est quod faciamus Christum senili fuisse uultu ob labores. Cuius sententia cū Carrensis autorem nominet Chrysostomum demiror, quem ille habuerit alium Chrysostomum a nostro diuersum. Mirum autem, si Chrysostomus ipse secum pugnat.

Anteꝝ Abraham fieret.) πρὶν ἀβραὰμ γενέσαι, id est, priusq; Abraham esset, siue fuisset Fortassis interpres uerterat foret, quod librariorum errore mutatum sit in fieret.

Abscondit se.) ἐκρίθη, id est occultatus est.

EX CAPITE NONO

Hic aut parentes.) An parentes dicendū erat, non aut, nā aut disiungit, an interrogat. Et liniuit.) καὶ πέπτησον, illeuit. In natatoria.) εἰ καλυμβιθρός, id est in p̄scina. Nam sic ante uerterat sonat autem natatorium.

Quod interpretatur missus.) נָשׁ Hebrais mittere inde נִיראשׁ.

Et ab iij & laui.) ἀπελθὼν δὲ ἡ νιφάδευος ἀνέβλεψα, id est, cum abiisse autem & laussem, recepi uisum. Vīcīni qui uiderant.) Addenda est cōiunctio, & qui uiderant. Cōsentientibus antiquis & Græcis exemplaribus. Quia mendicus erat.) ὅτι τυφλὸς ἦν, id est quod cæcus esset. Et video.) καὶ ἀνέβλεψε, id est, & uisum recepi. Quō uidisset.) πῶς ἀνέβλεψε, i. quomodo uisum recepisset. De eo qui aperuit tibi oculos.) Graece est ὅτι ἔνοξε, i. quia aperuit ut sit sensus, quē tu putes eē illū, ex hoc quod, ut dicas, aperuerit tibi oculos? Schisma erat.) σχίσμα Graeca uox est dissensione poterat uertere. Nam hoc significat schisma, siue diuisionē, siue dissidium Paulo post uertit dissensionem.

De le loquaꝝ, λαλήσει, i. loqueſ futuri temporis. Extra synagogam fieret.) ἀποστάγων Θ. i. alienus a cōgregatione, quod nūc uulgo uocant, excōmunicatū. Maledixerūt ergo ei.) Nō est hic male precati sunt, sed ἐλοιδόροις, i. cōuicti sunt. Peccatores de non audit.) Quod hic trāstulit audit idem mox uertit exaudit. Si quis dei cultor est & uoluntatē eius facit, hunc exaudit. Hoc admonendū duxi, ne quis græci sermonis ignarus, putet hic latere mysteriū, in quo explicando ridicule tumultuetur, uerū ita libuit interpreti ludere, tametsi in re plusq; seria. Nō poterat qc̄q;. δύκινον. i. nō potuissest siue nō posset. Peccatū uestrū manet.) Igit̄ deest ἡ δύκινον ἀμαρτία, i. peccatū igit̄, nimis rum ob id quod cum sitis cæci, uobis tamen oculati uide míni.

EX CAPITE DECIMO.

IN ouile ouiu.) τὸν ἀνὴρ τῷ προθέτωρι, i. in septū siue stabulū ouiu. Nā αὐλὴ nōnūq; atriū, nonnūq; mansionē, aliquoties septū significat. Quid loquereſ eis.) Trifariā hic locus habet apud græcos οὐκ ἔγνωσαρ δὲ ἐλάλησαντοι, i. nō intelligebant quæ loquebāt ipſis. Aut δύκινον τίνα ἦν ἐλάλησαντοι, i. nō sciebat ulla, nīl quæ loquebat illis. In quibuldā ita scriptū erat δύκινον τίνα ἦν ἐλάλησαντοι, i. nō cognouerūt quæ essent quæ locutus esset ipſis. Hoc puerbiū.) παροιμίαν puerbiū parabolæ loco uideſ usurpare quod plāraq; prouerbia metaphorā habeant admixtā. Ego sum pastor bonus, δὲ ποιμὴν καλὸς utriq; nomini suū addidit articulum. Ego sum pastor ille bonus, siue egregius. Fiet unū ouile & unus pastor.) Primū perijt nobis uenustas græcanici schematis, qd' sitū erat in ποιμὴν & ποιμὴν, i. ouili & pastore. Vrūq; reddi poterat unū ouile & unū opilio. Tametsi græcis ποιμὴν magis est grex q; ouile autore Valla. Et in nōnullis exemplaribus græcis nō additur cōiunctio & uerū est, Fiet unū ouile unus pastor. Quāq; & illud & unus pastor uideri pōt adiectū, cū nō attingat Chrysostom⁹. Ac ne Auguſtinus quidē. Quotquot uenerūt.) Græci προέμον, i. ante me, quod tamē additū uideri pōt ab exponere uolente locū hūc. Et nō ptinet ad eū de ouibus.) καὶ δύκινον αὐτῷ περὶ τῷ προθέτωρι, i. nō curat oues, aut nō est illi cur ouiu, pōt em ad nos ptinere quod tamen curæ nō sit. Cognoscunt me meæ.) γνώσκομαι πότερον ἔμωμ, id est cognoscor a meis. Dissensio iterum facta est.) Ethică σχίσμα est.

facta sunt

Facta sunt encanaria.) id est initialia, ut uerbum uerbo reddā a καὶ νῦ nouum εγκανόν, innouo, initio, dedico. Sacer apud Iudeos dies ob memoriam instaurati post diutinam in Perlide captiuitatem. Scribendum est autem encanaria per ædiphthongum quod κερόψ, per epsilon græcis sonat īnane. Quanquam īnitus occupo lectorem, & chartas huiusmodi nānijs impleo, tamē haud mihi temporo, quin uel amīni causa referā ḥ bellā huius uocis etymologiā adferat Hugo Carrensis; cuius homo suavis penultimā syllabā per e uult scribi encanaria; quaē cōpolita sit ab en, quod est in, & neos nouum, & ce adie ctio est illi intensiua. Nihil mirū est quosdam hæc nescire, illud mīrum īnueniri tam im pudētes, qui quod prorsus nō intelligunt non uereantur tanta autoritate docere.

Dic nobis palam.) παρεγκανία, i. libere quanq̄ id non male uertit hoc sane loco.

Loquor uobis.) οὐτοποιίη, id est dixi uobis.

Quia non estis ex ouibus meis) Ήic addūt græci, quemadmodum dixi uobis. καθὼς οὐτοποιίη. Non peribunt) καὶ δύ μηδπόλωνται, id est & non pereunt.

Sustulerunt ergo lapides) græci addunt πάλη, id est iterum.

Pater quod dedit mihi,) Secus habet græca, δὸ πατέρα μου δος οὐδεώκε μοι μείζων τάντωρ εστίν id est pater qui dedit mihi maior omnibus est. Siquidem hoc argumento probat nemine esse qui poterit oues rapere de manibus patris, quod potētor is sit eripere. Ita legit Chrysostomus. Quanq̄ Augustinus diuersam sequitur lectionem. Et facilis est lapsus in græcis dictionibus, μείζων & μείζων & δό & δος.

Et non potest solui scriptura) Soluitur quod destruitur, & soluitur quod explicatur, quemadmodum apparet hoc loco accipiendum. Quanq̄ obscurior est aliquanto sermo totus. Proinde dilucidius ita reddi poterat. Si illos uocauit deos ad quos sermo dei factus est. & non potest solui scriptura ut hic sit interrogatio, Deinde subiunctiones, me quem pater sanctificauit & misit in mundum uos dicitis blasphemare, quod dixerim, Filius dei sum. Quarebant eum apprehendere) & hic addunt πάλη, id estrursum, quod ante tentarint idem.

EX CAPITE V NDECIMO.

ET Marthæ sororis) ητη, ut eius ad Mariā referatur, non ad Lazarū. Quanq̄ & horū frater erat Lazarus. Ut glorificet filius dei per eum) διατη, i. per eā, ut pertineat ad infirmitatē, nō ad Lazarū. Atq̄ ita legi & in latini codicibus emendationibus. Multi autem ex Iudeis uenerant ad Martham) τας περι μάρθας ο μαρία. Non agnouit hoc loco Valla, formā græcanici sermonis quo dicūt illi ιούς ἀμφὶ πλατωνα, pro Platone ipso, non em īnusibant eas quæ circa illas erant, sed ipsas ī luctu cōstitutas id quod palā arguūt quæ sequūtur, ut consolarentur eas de fratre suo.

Et moriamur.) Ut moriamur οὐα δποθένωμεν consentientibus & antiquis exemplari bus. Utiq̄ dñe, i. uocū nōne, quod alias uertit etiā.

Qui in hunc modū.) Hunc nō addit græcis εἰς τὸν κόσμον, i. in mundū. Nec est uenisti, sed οὐεχόμενος id ueniens, siue qui uenis, aut Christus ille qui in mundū uenturus erat.

Silentio dicēs.) Qui uocare potuit silens Græce est λάθος, hoc est clanculū. Illa ut audiuit surrexit.) ηείρεται surgit, & uenit, iste præsentis tēporis ἐρχεται. Et castellū hic opidulum, aut uicū significat ne quis imaginetur palatiū, aut arcem tyrannicam.

Iam fetet.) οὐδεὶς, i. iam olet quæ uox græcis anceps est. Et uerecūdius est olet ḥ fetet.

Ligatus manus & pedes institūs.) Synecdochen græce extulit, & institūs græcis est καὶ στραγγεῖλη, quæ uincula sunt sepulchralia. Apud Iudeos.) εἰς τοὺς ιουδαϊούς, i. inter Iudeos.

Cū esset pontifex.) ἀρχιερεὺς, i. summus sacerdos & tursum. Sed cū esset pontifex ἀρχιερεὺς δῷμος. Cogitauerunt ut interficerent.) συνεβουλεύαντο, id est cōsultabant, siue consilium inibant.

EX CAPITE DVODECIMO.

Ibram unguēti.) λίτρας latinā uocē inflexit ī græcā mutata literula β in τ.

Nardi pistici.) De hoc dictum est in Luca. Nam īsdem uerbis utitur uteiq̄.

Nō quod de egenis p̄tinebat ad eū,) ὅτι πιστοὺς πιστοὺς εμελλεπ αὐτοῦ, qđ de egenis curaret. Simile illi quod paulo superius indicauimus, & non est per-

tinet ad eum de ousibus. Et loculos habens. ργλωασοκόμορ ιχε, id est marsupium, se pos-
tius scrinii, in quo pecuniae reconduntur dictum a lingua, opinor quod linguae speciem ha-
berent, eiusmodi. Sinite illam.) ἅφες διτήκημ. i. sine ea cōsentientibus & uetusissimis exē-
plaribus nostris, ad unum em̄ lūdā id dictum est, nō ad omnes, quod cōsentaneum sit illū
phibitū fuisse. Quāq̄ pro seruauit Chrysostomus legit/fecit. Si modo nō fallit inter-
pres. Nam graci codicis nō erat copia. Vt in diem sepultura meæ seruert illud.) Gra-
ca dissident ēig τίνι μέρει τοῦ εὐταφισμοῦ τετήρηκεν αὐτὸ. i. in diem sepulturae meæ seruauit
illud, lam em̄ ille praeueniebat sepulturā Christi. Me autem non semper habebitis.)
Vtrūq̄ uerbum est præsentis temporis, pauperes semper habetis uobiscū, me uero nō
semper habetis ēxēte ēxēte. In crastinum.) ἐπαύριον, quod aliquoties uertit altera die.

Inuenit Iesus asellum.) ἔνθα δὲ ὁ ἵνος οὐάροι. i. nactus Iesus asellam. Etem graci dimi-
nutiu est neutri generis, quod ad utruū sexū possit accōmodari. Ecce rex tu⁹.) Lo-
cus est apud Zachariam capite. 9. Quāq̄ euāgelista decerpstite prophetia quae ad hāc
rem pertinebant, quāq̄ hisce de rebus, nōnihil attigimus in Matthæum. Ecce mūdus
totus abit post eū.) Totus nō addit apud gracos. Ceterū apud Augustinū additū qđē
est. Ceterū ex ipsorum interpretatione, coniūcere licet illos secus legisse. Sic em̄ scribit
Augustinus. Quid autem inuides cæca turba, quia post eum uadit mundus, per quē fa-
ctus est mūdus? Et Chrysostomus mundū, inquit, hoc loco turbā appellat.

Quidā gentiles.) ἔλληνες, i. graci quod frequenter uertit gentiles, cū gentiles dicant
θυμοι. Clarifica.) δοξασοι. i. glorifica. Item in sequentibus & glorificaui & glorificabo.

Omnia traham.) πάντας ἔλευσοι. i. omnes traham Ad eum certe modū constanter ha-
bent exemplaria graca. Atq̄ in eū sensum interpretat Chrysostomus, ut de hominibus
dūtaxat intelligat. Quāq̄ diuus Augustinus omnia legit non omnes, haud tamen testa-
tus graca, quod ait Laurentius, sed suū secutus exemplar. Deinde ne id quidē uerū est,
quod addit eū nūsc̄ solere testari graca, quod certe cōpluribus facit locis. Est autem ad
modū tenue discriben inter πάντας & πάντα. Adhuc modicum lumen,) ἐπι μητρόν χρέον
τοπ ἡ φῶς μεθ' νυμῷ ήσι. i. adhuc pusilli temporis lumē uobiscū est. Vt non intelligas pu-
lum luminis in illis superesse, sed Christū qui lux erat mundi morte subductus se breui
& in hunc sensum interpretatur Chrysostomus. Diuersam lectionē sequi uideat Augu-
stinus. Et mirū est hic sapuisse Carrensem. Nec est in uobis, sed μεθ' νυμῷ. i. uobiscū, ut in-
telligerent breui discessurū. Quāq̄ ut ingenue dicam, opinor χρόνον additū a quopīa, q
uoluit locū explanationē reddere. Tanta signa.) τοσούτα. i. tot signa. Dñe qs credit
auditui nostro.) Testimoniu extat apud Esaiā cap. 53, sed iuxta Septuaginta magis qđ
hebraeā ueritatē citat. Addidit em̄ ex illis dñe, quēadmodū Paul⁹ in epistolis hūc eūdē
adducēs locū. Nā Hebraeis sic habet. בְּרִית חֲמִין לְשָׁמֶן עַד יְרוּעָה עַל־מִזְבֵּחַ תְּלִבְנָה
id est quis credit auditui nostro & brachiū dñi, cui reuelatū est. Ceterum testimonium
proximum, quod ex eiusdē prophetæ capite. 6. retulit nec ad Hebrae, nec ad æditionē
Septuaginta satis respondet. Sensum modo delibauit euangelista, uerum de hoc alias
non nihil annotauimus.

Et indurauit cor eorū. καὶ πεπώρωκεν διτήκημ. τίνι καρδιαι, id est, & excæcauit cor eorum.
E synagoga eiſcerentur.) ἀποσυνάγοι γένωνται, de quo paulo superius admonuimus.
Qui spernit me.) διτήκημ, qui reiſcit. Ita legit Cyprianus. Et non custodierit.) καὶ μὴ
πιστεῖσθαι, id est & nō crediderit. Cum accepisset linteum.) καὶ λαβὼν λέντιον, id est sum-
pto linteo. Mirum unde hæc uox latinorum demanarit ad ludaos aut Gracos. Quāq̄
id crebro faciunt euangelistæ. Non habebitis partem.) οὐκ ιχε, id est non habes præ-
sentis temporis uerbo. Maior eo qui misit illum.) μετῶμ τοῦ πέμπαντο. Nam Apo-
stolus dicitur, qui mittitur alieno nomine perinde, quasi dicas, nō est legatus maior eo
qui se legauit.

EX CAPITE DECIMO TERTIO,

Omnia

OMNIA DEDIT EI PATER.) CUR NON SIBI POTIUS Q̄ EI. ET DEDISSET POTIUS, Q̄ DEDIT:
LEUABIT CONTRA ME.) LEUAVIT EST & IN GRÆCIS & IN UETUSTISSIMIS NOSTRIS EX/
EMPLARIBUS, ἐΠΙΘΕΨΗ, UT SIT PRÆTERITI TEMPORIS UERBUM.

Leuabit super me calcaneum suum.) Id desumptum est ex psalmo quadragesimo. Nec id ad uerbum curat adducere. Nam Hebraea sic habent. גַּם־אִרְשׁוֹלֶמֶן שָׁלוֹמֵי נָהָרָא אֲשֶׁר בְּשָׁחוֹר בּוֹ אָוָבֵל לְחַמּוֹן חַגְרָל עַלְיוֹן עֲקָב Septuaginta uerterunt ad hunc modum. καὶ γορδὸν ἀνθρωπῷ τῆς ὑπέκυης μου ἐφόρον ἀλπισσα, ἀειθαιρίῳ ἄργοντος μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμέ πτερισμόν Admodo.) ἀπάρτι post hac. Protestatus.) ἐμαρτύρησε, id est, testatus est.

Inniuit ergo huic Simon petrus.) Græca sic habet, νεν̄ δημ τούτω σίμωρ πέτρος πυθέδαι τοις ἐπι οὐ λέγει, id est, inniuit igitur huic Simon petrus, ut interrogaret quis esset de quo diceret. Intinctum panem.) ψώμωρ, id est, buccellam, siue offulam.

Dedit Iudæ.) dat δίδωσι, & κυβερνά, ut intelligas ipsum Christum intinxisse.
Iudæ Simonis Schariotis.) ιούδας σιμωνος ιονταριώτη, id est, Iudæ Simonis Iscariotæ, ut Is-

cariotæ sit dandi casu. Post buccellam.) Quod modo uertit bis panem, nūc uertit buc
cellam nequis existimet aliquid diuersum esse apud græcos. Est autem ἡμιον propriæ
offula panis intacta iuri. Filioli.) Nonnulli codices habebant τέκνα, id est filij, nonnul-
li τεκνία diminutiuæ filioli Cyrilus legisse uidetur τεκνία diminutiuæ.

In hoc cognoscet oes, qd' mei discipuli estis si dilecti &c.) Mira nota qua sit distingue-
dus. Christianus a ceteris. Nō dixit, si hoc aut illo titulo uocemini, aut his aut illis uesca-
mini cibis, si sic, aut sic uestiamini, si tales, aut tales obseruetis carimonias, si tot ac tales
exhauriatis preces, sed si dilexeritis uos inuicē, nec id sane vulgari more, uerū si sic dileci-
xeritis inuicē, sicut ego dilexi uos. Hanc igitur notam, cū præscriperit ipse Christus ue-
lut unicum ac certam; nonne necesse est fieri, ut nostro uitio nomen Christi male audiat
inter ethnicos; qui cum hæc legerint, aut certe audierint, conspiciunt apud Christianos
tot iam seculis, principem cum principe, regnum cum regno, ciuitatem cum ciuitate, iu-
gibus conflictari bellis; ut omittam insanissimas apud iudices lites, & acres omnium inti-
ter se de quamlibet friuola causa digladiationes. Atq; hæc cum faciamus, tamen ob titu-
lum & carimonias nescio, quas Christiani nobis ipsi uidemur.

EX CAPITE DECIMO QVARTO.

Creditis in deum.) Utrobius anceps est uerbum *misere*te *misere*te, at sit creditis, an credite. Vnde quadrifariā legi potest. Creditis in deū, & in me creditis.

Atq; ita legisse uidet ex interpretatione sua Chrysostomus, quasi fides quā habebat in deū, & in dei filiū Iesum, illis abūde præsidio esset futura aduerlus pse^{ct}utionū pcellas. Aut sic. Credite in deū, & in me credite, ut utrūq; iubeat fieri, ne turbetur. Tertio modo sic, creditis in deū, & in me credite. Vt sit sensus. Creditis in deū, ut ludai, credite & in me, ut sitis Christiani. Quarto sic. Credite in deū, & in me creditis, ut sit sensus. Credite in deū, quod si facitis, eadē opera in me quoq; creditis. Si quo minus, yēsē mūl. i. Sin minus, uel alioqui. Quia uado parare.) Quia ὅτι, nō est in quibusdā gracie codicibus. Quāq; supflue additur, nisi sit causalis cōiunctio. Ergo hic etiā si aderat, nō erat uertēda. Sed tantū in domo patris mei mansioes multæ sunt. Qd' si secus eēt dixissem uobis, uado parare uobis locū, siue quod eā parare uobis locū. Ceterū haud assentior hac in parte Laurentio, uolenti alioqui dixissem uobis, finē esse prioris sententia, deinde alterā sub ijsci, uado parare uobis locū. Nā oīno cohārent hæc duo. Cū hic sit sensus. In domo patris mei, iā paratae sunt multæ mansiones, ut nō mihi uni, sed oībus itē meis sit locus. Quod si secus esset, dixissem me iam abire ad parādas eas māsiones, nūc nihil opus, cū parate sint, & uos breui secuturos expectēt. Ego sum ueritas & uita.) An notādū singulis horz nominū apponi articulū ḥ ḥ ḥ ḥ ḥ ḥ ḥ ḥ, ut intelligam? nō quālibet uia, aut ueritatē, aut uita, sed uerā illā & unicā. Et patre meū utiq; cognouissetis.) ηγώσκετε ḥ ḥ recte uerit τῷ in utiq; qd' alias uerit in forsitan, cū hoc sit cōfirmantis, illud addubitatis. Et amodo cognolsetis.) γνώσκετε. i. cognoscitis suffragatib⁹ & antiquis ex

emplaribus, ut sit uerbū indicatiui modi pñtis tñpis. Et nō cognouisti.) ἔγινωκε, i.e. cognouisti me Philippe. Sic em̄ legit Chrysostom⁹, ut Philippe sit huius orationis, & huic unī dicatur. Nō cognouisti me. Qui uidet me.) ὁ ἐωρακός με, ἔσθηκε τὸ πατέρα, i.e. q̄ uidit me, uidit patrē. Nec addit⁹ apud Græcos cōiunctio, & utrūq; uerbū præteriti tēporis est.

Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est.) Ad hunc sane modum legit Augustinus, uerum Cyrillus & Chrysostomus non addunt ὅu quod Paulo ante Philippū obiūtgarit per huiusmodi interrogationem. Cæterum omnibus iubet ut credant, credite, quod ego in patre &c. Alioqui propter opera.) εἰ δὲ μή, quod modo transtulit, si quo minus hic tolerabiliter uertit, alioqui, hoc est etiam si alias non creditis, uel ipsi cōmoti factis credite, id quod propemodum, non est credere, neq; em̄ p̄prie credimus, quod uideamus, sed experimur potius.

Et maiora horum.) καὶ μεῖζον τούτων, id est, maiora his, sed interpres per obliuionē reliquit Græcum genitiū, ut oscitans, cum nihil opus.

Quodecūq; petieritis patrē.) Patrē nō addit⁹, nec in græcis, nec in antiquis exēplarib⁹.

Et aliūm paraclitum.) Iam illud notius est, q̄ ut sit admonendum paracletū per e scribendū in penultima eamq; producendā, cum græce sit παράκλητος per ita. At hoc loco cōmodius erat uertere consolatorem, ne quis duos paracletos imaginaretur. Nā quod haec tenus locutus est consolandi gratia locutus est. Ita paracletus erat, pollicet autem sese & alterum missurum cōsolatorem, nempe spiritū ueritatis.

Quoniam non uidit eum.) ὁ θεωρητής, id est, non uidet præsentis temporis quemadmodū est in emēdationib⁹ etiā latinis. Ac mox apud uos manebit, manet est, μένει, nisi mutato accētu legamus μένει. Nō relinquā uos orphanos.) Orphanos græca uox est, sed tam latini ulurpata Etymologiam quā ad ferunt græci, non libet ascribere, quod mihi uideatur ineptior, sonat aut̄ orphanus orbū parentibus, ac destitutū præsidij amicorū.

Vos aut̄ uidebitis.) θεωρητε, id est uidetis consentientibus & antiquis exemplaribus.

Et manifestabo ei meipsum.) ἐμφανίσω quod magis significat tacite & clam īdicare. Vnde & ἐμφανίσῃ dicta, quod tacitam habebat uim. Idq; magis cōgruit cum afflato, quo se deus insinuat in animos suorum.

Et sermonem quem audistis non est meus.) Non sine causa miratur Valla quid interpreti uenerit in mentem, qui hoc sermonis genus affectarit in oratione soluta, quod uix toleratur apud Poetas in Carmine præsertim cum græcis non sit sermonem, sed sermo διάλογος. Certe diuus Augustinus legit sermo quem audistis, non sermonem quem audistis. Vnde plane suspicor hunc locum scriptoris errore fuisse deprauatum.

Paracletus autem spiritus sanctus.) Duriuscule cohærent duo nomina substantiua, præsertim, cū prius sit masculini generis, posterius neutriο παράκλητος & πνεῦμα. Proinde commodius reddidisset ad hunc modum. Cæterum paracletus ille qui est spiritus sanctus, quem spiritū missurus est pater in nomine meo, adduntur enim græcis utrobiq; articuli δέ & τό. Porro quod accētus huius dictionis paracletus offendit, Vallam; pōt nonnullū iniçere scrupulū quibusdā superstitionis uerius q̄ religiosis, qui cardinē & pupim simul ac proram, quod aīt, Christianæ pietatis in hoc cōsistere putent, si rite ac legitime psoluerint preces illas quas uocant horarias. Ad qđ quidē præstandū, cū alia regunt innūera, illud in primis, ut uerba singula plene & articulate p̄ferātur. Atqui paraclitus penultima cor�cta sonat, quoties quoties id faciunt, deū si non una syllaba, certe uno fraudant tēpore. Quādoquidē iuxta grāmatīcorū leges syllabā longā bina sunt tēpora, breui unicū. Neq; uero sunt audīdi, qui dicere solent, minuta res, syllabæ tem̄pusculum, cū magis spectandum sit, quem fraudes, q̄ quantulo fraudes. Quanc̄ ut & horū causam nōnihil, quo ad licet adiuuēt uideo, ueteres latinos, in usurpandis græca nūc uocibus syllabæ quantitatē, iuxta rationem accentus latini commutasse, id quod in idolo facit Prudentius, uir quoquis etiam saeculo inter doctos munerandus. Cæterum illud non paulo durius, quod in rūpē ἐλένον, quæ uerba toties cotidie repetunt

paracletus, et j.

Paracletus

Taxat Eras: q̄dias i legēclis
p̄res horariis

kyrie eleison

petunt, diuinis aures duabus fraudant syllabis, ex domino trisyllabo dissyllabum, & ex miserere quadrupedi tripedem reddentes. Iam uero cum id flagicij singulis diebus fortasse centies aliquando committat, si quis ratione subducat quadragita, aut qui quaginta annorum, & in summā redigat, nō uideo, satis fore, si quis solidū antiquū nihil aliud iteret, q̄d κύριος ἐλένεται idq̄ septem distinctis syllabis. Neq; uero cōuenit eos haec ut iocosa rideant, q̄d alij in rebus his aliquādo leuioribus tam Iudaice sunt anxiij. Et suggesteret uobis.) πομονάστε id est cōmonefaciet duo posuit διάδεξε docebit & cōmonefaciet. Docemur quae nesciebamus, cōmonemur eorum, quae iam exciderant. Et mox (dicam quæcūq; dixero uobis) Græcis est ἡπτα dixi. Nam dixero futuri temporis est, aut certe dixerim.

Neg^o formidet.) δειλάτω quod p^rprie est ob ignauia refugere & detrectare periculū.
Vado & uenio ad uos.) ὑπάγω εἰρχομαι, id est abeo & uenturus sum ad uos, hoc est
discedo mox redditurus.

Gauderet utiq.) Offenditur Laurētius quod dū uerterit utiq, ea quod cōiunctio sit expletua, q̄q̄ ne hæ quidem omnino nullum habent usum.

Venit enim princeps, ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, id est ueniet enim ille huius mundi princeps, ut diabolum intelligamus. Deinde ἐρχεται potest esse ueniet futuri temporis, propter instantem passionem & accusationem. Hieronymus, in commentariis Osee citat ueniet

EX CAPITE DECIMO QVINTO.

OMNÉ PALMITEM IN ME NON FERENT FRUCTUM TOLLET.) GRACE EST ἡ ζε, ID EST TOL
LIT PRÆSENTIS TEMPORIS, & EUM ADDITUM EST, IUXTA PROPRIETATEM SERMONIS HE-
BRAICI. AC MOX PURGABIT EUM καθαίρει PURGAT, UT ACTIONEM & FUNCTIONEM PA-
TRIS DECLARET ABSQ; RATIONE TEMPORIS.

Fructū plus. Καὶ πλείονα καρπὸν, id est ut plus fructus, id quod uideri potest deprauatus a librario, nisi altum dormiuit interpres.

Mittetur foras.) ἐβλαθὼν, id est missus est foras uel potius electus est foras. Item & arescit ἐκπάρθη, id est exaruit. In hoc certe suffragantibus antiquis codicibus. Vnde p̄babile est mittetur pro mittitur, quoniam id erat in proclui & a librarijs depraatum, maxime cum sequatur & ardet. Ostendit enim per similitudinem quid fieri soleat, ut per eam intelligamus quid in nobis futurum sit, ni manserimus in uite:

Et colligent eum.) καὶ συνάγουσιν ἀντα, id est colligunt eos, ut subaudias palmites, uero
stissimus codex latinus habet colligent eos nempe palmites qui Græcis sunt neutri ge-
neris. Mittent.) βάλλουσι, id est mittunt & in hoc suffragatis antiquissimis exempla-
ribus, quād aptius erat coiſciunt.

Fructum plurimum.) καρπὸν πολὺν, id est fructum multum, siue ut alibi uertit copio sum. Quā ut plurimum.) ἵνα τις πλευρὴν, id est, ut quis animam, & nec additur, nec est addēdum. Etenim si addas quā, significas unam hanc esse charitatē maiorem ea quā habuit Christus, si quis animam impendat amicis.

Iam non dicam.) μηκέτι λέγω, id est iam dico.

Scitote quia me.) ΣΙΓΩΘΕΤΕ Græca uox anceps est ad scitote & scitis.

Me priorem uobis. ἐμὲ πρῶτον γάντι, id est, me qui sum primus uestrum, siue me prius uos. Nam sermo græcus anceps est ad utrūq; sensum, quāq; posterior magis probat.

Nunc autem excusationem non habent.) πρόφασιν prætextum plus enim quiddam dixit, si dixisset excusationem.

שָׁנְתִרְיָה תְּמִימָה
Odio habuerunt me gratis.) Vaticinium est psalmo. 68. Cum autem uenerit paracletus, quē ego mittā uobis a patre spiritū ueritatis, ut pueū
per, quoniā neutrī generis, incertū est, utrius sit casus nominandi, an accusandi. Cæterū
magis conueniebat spiritus. Interpretatur em̄ quis sit ille consolator, nempe spiritus ue-
ritatis. Non enim mittendo sit sp̄s, sed qui sp̄s est, mittitur.

Quia

Qui a patre procedit.) ἐκ πατέρι του, quod eleganter uerti poterat & proficiscitur, nisi pro cessionis uocabulum aures iam omnium occupasset. Atqui proprie procedit, qui pompa quadam prodit in publicum, ueluti sponsus procedat, aut sponsa. Quod Vergilius dixit. Tandem progreditur. Et uos testimonium perhibebitis.) Græce est μαρτυρεῖτε, id est testimonium perhibete, ut sit imperandi modus. Aut testimonium perhibetis. Atq[ue] ita scriptū suisse suspicor ab interprete. Sane Cyrilli interpres uertit perhibetis, nimirum suum secutus exemplar, nō nostram editionem. Quāq[ue] mihi uidetur ac cōmodatius perhibetis μαρτυρεῖτε hoc est ipsi estis testes & mox adiicit causam. Quia ab initio mecum estis.

EX CAPITE DECIMO SEXTO.

A Bsq[ue] synagogis.) Græcis cōposita dictio est ἀποστολή Θ', quasi dicas alienus a synagoga, & interdicens uobis Synagoga.

Sed uenit hora.) ἔρχεται, uenit, aut prælentis est tuis, aut futuri. Hic magis uertedū erat ueniet siue instat. Et tēpus potius q[uod] hora. Arbitret obsequiū se præstare.) δέξι λαζαρέων προσφέρει μάρτυρα. i. uideat cultū exhibere deo, & sacrificiū offerre.

Reminiscamini.) μνημονεύτε. i. memores sitis, siue memineritis, reminiscimur em̄ prie, quæ nobis exciderant. Et iam non videbitis.) Καὶ οὐκ ἔστι θεωρεῖτε, id est non amplius videbitis. Quāq[ue] apparet eū abusum tempore. Itē est οὐκ ἔστι, i. postea siue deinde.

Ille spiritus.) Ille nō resertur ad sp̄ritū, quantum ad uocē, sed ad paracletū ἐκεῖνον τινεῖ μα. id est ille qui est sp̄ritus. Nam sp̄ritus apud Græcos neutri generis est.

Docebit uos in omnem.) Græce nō est docebit, sed ducet διδύκεια. & in oēm ueritate.

Modicum & non videbitis.) θεωρεῖτε, id est uidentis. Quāq[ue] ut dixi uidetur abuti tempore, cum sequatur mutato uerbo διεδε uidebitis. Cæterum quod modicum pro pusilio posuit, suo more facit, cum latini modicum dicatur moderatum, a modo.

Plorabitis & flebitis.) κλαίετε Ο Δημήσετε, id est plorabitis, & lamentabimini, siue lugebitis. Nemo tollerat a uobis.) οὐδεὶς κάρη, id est, nemo tollit uerbo præsentis temporis.

Ipse em̄ pater.) οὐτός apud græcos quiddā habet, quod haud scio an sit apud latinos, ut ultroneum significet, tensus em̄ est. Non dico me rogaturum pro uobis, ut uobis faciat, iam em̄ ultiro uos diligat, etiam nemine rogante. Unde & αὐτόματα uocant illi.

Ecce uenit hora & iam uenit. Prius uenit præsentis est temporis, ἔρχεται quo tamen græci, aliquoties in significatione futuri utuntur, Græcis diuersa sunt uerba uenit & uenit, unde rectius erat, instat hora, & iam adest.

In mundo pressuram habebitis.) ἔχετε præsentis temporis habetis.

EX CAPITE DECIMO SEPTIMO.

C Larifica me.) Verbum clarificandi toties hic repetitum græce est glorificare, διδόγει, & claritate δέξι, id est gloria.

Te solum uerum deum.) οὐ τῷ μόνῳ ἀληθείᾳ θεῷ, id est, te solum qui uerus es deus. Hic locus Arrianis præbuit occasionem erroris, ut dicenter solum patrem esse uere ac proprie deum.

EX CAPITE DECIMO OCTAVO.

T Rans torrentē Cedron.) τὸν κεδρὸν articulus additus indicat Cedron nō esse nomen Hebraicum, sed Cedrorum, opinor torrentem ita dictū, quod hinc & hinc Cedros haberet, quemadmodū dictus est mons oliværum.

Ad prunas.) ἀνθρακιῶν πεποικότες, id est congestis prunis, ita ut sit in atrij magnatum, quod sumi minus habeant.

Adducunt ergo Iesum ad Caiphā in prætorium.) ἀπὸ τοῦ καιᾶφε, id est a Caiphā nimirum a domo Caiphæ, atq[ue] ita legitur & in nostris exemplaribus uel mediocriter emētatis. Ad eundem modum legit Chrysostomus & Cyrillus, ut ne memorem de Vulgatio. Diuus Augustinus deceptus exemplari depravato uehementer laborat hoc loco conans

A caiphā ī prætoriū.

Augustinus.

conatus expedire, q̄ conueniat in prætorium fuisse ductum Iesum, cum legat adductus ad Caiphām. Quandoquidē prætorium nihil aliud erat, q̄ domus præsidis. Aut igit̄, inquit, aliqua urgente causa de domo Annæ, quo ad audiendum Iesum ambo cōuenerāt, Caiphas perrexit ad prætorium præsidis, & socero suo Iesum reliquerat audiendū, aut in domo Caiphæ Pilatus prætorium acceperat, & tanta domus erat, ut seorsum habitā tem dominū suum, seorsum iudicem ferret. Res ipsa in expedito est, totus error e mēda scriptoris ort⁹ torsit Augustinū. Atq̄ cū hæreret mirū est, nō cōsuluisse græcos codices, aut certe latinos emēdatiores. Prīmū adductus est ad Annā, is uinctū misit ad Caiphā. Ille cum tota nocte nihil respondisset, mane deductus est ad ædes præsidis.

EX CAPITE XIX.

ET exinde.) ἐκ τούτου. i. ex eo. Licostratus.) λιθοστρότος, græce sonat, quasi dicat lapide stratus. Atq̄ ita legit̄ in uetus exēplarib⁹ latiniſ / cæterū in græcis codici bus nō ē golgatha, sed gabatha. Quāq̄ admodū inuitus in huiuscemodi nugis facio iacturā tuis, tñ opepreciū ē audire q̄ belle græcā uocē λιθοστρόθος interptēt̄ duo theologicæ rei primores Nicolaus Lyran⁹, & Hugo Carrēsis. Nā prior ille, Licho stratus (inqt) Græcū est uerbum, & dicit̄ a lichos lapis, & stratus, quod est pauimētum siue stratura, posterior autem licostratus inquit græce, est iudicium siue iudiciale. Obsecro te candide lector quid efficiant ī, qui quicquid habent eruditioñis ex his iusmodi scriptoribus hauriunt, ex dictionarijs, ex sūmulis undecunq̄ iam plus decies cōgestis ac refusis; ab ījs, q̄ si quid forte nacti fuerint eruditum in bonis autoribus, aut prætermittunt, quia non intelligunt, aut si attigerint, contrecṭatione conspurcant & contaminant. Nihil autem tam fortunatum, quod isti non reddant aliquo pacto de terius. Et horum nēnias uelut oracula legimus, in his cōsenescimus, proinde tales euā dimus ip̄si, quales sunt ī in quorū scriptis assidue uersamur. Cæterū ut ad rem redeā, λιθος nō lichos græcis lapis est, & σπῶμανώ sterne inde σφωτὸν dicitur, quod quo cūq̄ modo stratū est, & σπῶμα qđ īsternit̄. Cæterū Gabatha locū āditū sonat, hebraicā Vnde appetet locū fuisse āditiōrē accommodū iudicio. Et titulū Pilatus.) Euāgelista latīna uoce usus est τίτλον. Cæteri uocauerunt ἀρτία. Dicere poterat ἐπιγραφὴν. i. inscri ptionē. In suā.) ἐκ ταῦτη, id est in sua, cōcordantibus & antiquissimis uoluminibus.

Lancea latus eius aperuit) ἔνεξε, id est pupugit. Interpres legisse uidetur ἔνοχε, quod significat aperuit. Videbunt in quem compūxerunt.) Est apud Zachariam cap. 12, Iuxta āditiōem Septuaginta legit̄ ad hūc modū. Et aspiciēt ad me, p eo qđ insultauerūt καὶ βλέψονται πρόσ με αὐθ ὡραῖς καὶ σταύτο. Hebraica ueritas sic habet. וְהַבִּיטוּ אֵלֶיךָ שְׂרָפָן. i. & aspiciūt ad me quē confixerūt. Diuus Hieronymus indicat Septuaginta lapsos similitudine elementi. Nam si legatur γῆ sonat ἑσκεντήσω, id est compun erunt. Si autem contrario ordine litteris commutatis γῆ sonat σταύτο, id est, saltauerūt. Itaq̄ Ioannes neq̄ magnopere respexit qđ uertissent Septuaginta, & ex he bræo, sensum magis curauit appendere, q̄ annuerare uerba. Citat hūc locum idē Hieronymus in libello ad Pammachium de optimo genere interpretandi.

Etiā ligauerunt eum.) ἔντον, id est illud nempe corpus,

EX CAPITE.XX.

CVcurrīt ergo.) τρέχει, id est currīt uerbo præsentis temporis.

Inuolutum in unum locum.) In uno loco. Quāq̄ græca præpositio anceps est. Et sudarium latīna usus est uoce græce scribens. Nam illi κατιδρώτοι ap̄pellant autore Polluce.

Abierunt ergo iterum discipuli ad semetip̄sos.) Quid est iterū abiēre? an iam semel abierāt? proinde rursus erat dicendum non iterum. Et ad se dixit, pro domū suam.

Et uidit duos angelos.) καὶ θεωρεῖ, id est cernit, siue uidet præsentis temporis.

Duos angelos in albīs.) Interpres reddidit græcam figuram. Iuxta quā illi in purpu

ra uocant

Lichostratos.

Tatet Nuov. līra et hūgōne
Carrēsem ī dīctōe lichostrato
Litus

ra uocant hominem purpuratum, unde nos uertimus albis amictos.

Conuersa est retrorsum & uidit.) Rursus est θεωρεῖ, id est uider præsentis temporis:

Quia uidi dominum & hæc dixit.) ὅτι ἐώφενε μη κύριον ταῦτα εἰπεὶ αὐτῷ, id est quod uidisset dominum, atq; is hæc dixisset sibi.

Dixit ergo eis iterum, pax uobis.) Vides ut nihil magis inculcauit Christus suis q̄ pacem. In extrema illa oratione, q̄ sollicite mandauit suis, ut inter se amarent, quoties iterat hoc suum mandatum. Deinde q̄ enixe obsecrat patrem, ut illi unum essent. Nō ait concordes, sed unum, & addidit insigne exemplum, summae unionis, sicut tu & ego unum sumus. Hic rursus, non cōtentus semel dixisse pax uobis, repetit pax uobis.

Tacet Christianos i belligerā:

Et non pudet hodie Christianum populum, nihil aliud q̄ belligerari. Ferendum utcūq; si tatum insaniret populus. Nihil aliud aucupatur plaricq; principes. Imo qd foedius est, non solum incitant ad hæc sacerdotes, uerum ipsi belligerantur. Qui profitentur Euā gelium pacis, placem ad bella cohortantur, & quorum erat inflammare ad pietatem, hi classicum eanunt, & hue detortis sacris litteris, pacificum illum ac mansuetissimū Christum, bellī faciūt autorē. Qui si rediret in hanc aetatem, dispeream, nisi durius tractādus sit ab hoc pharisæorū genere, q̄ ab illis fuit acceptus. Verum hæc πάρεπετα. Annotādum & illud, quod semel & iterū precatus pacē, deinde insufflato spiritu dixit, Quorum remiseritis peccata &c. Qui ex his posterioribus cristas erigunt & tyrānidē quandā sibi uindicāt, cur nō meminerūt eoꝝ q̄ mox p̄cesserūt. Oia plena dissidijs, litib⁹, bellis. Toti turgem⁹ mūdano spiritu, & tñ placem⁹ nobis, autoritate cōmissa remittēdi aut retinēdi peccata. Fixurā clauorę) τύπον. i. figurā, atq; ita legiſ in qbusdā codicibus Latinorę, uerū ut latinis exigū est discriminē inter fixurā & figuram ita græcis inter τύπον & τύπον.

Incredulus, sed fidelis.) ἀπειθασία, i. infidelis, siue incredulus, sed credulus, siue credens, ne pereat προσονομασία. Etenim quod scribit Valla fide:cm, Latinis sonare bona fidei hominē magis q̄ credentem, hoc est, non qui habeat alteri fidem, sed qui præstet fidē, uere qdē dicit, uerū ea uox iā ab omnibus Christianis scriptoribus in hūc sensu est usurpata. Dominus meus & deus meus.) Hic est unus locus, in quo palā euā gelista Christo dei uocabulū tribuit. Nec est quod cauileſ hæreticus hoc a discipulo dīctū. Agnouit Christus, utiq; repulsurus, si falso dictus fuisset deus, præsertim cæteris audentibus discipulis.

EX CAPITE VICESIMO PRIMO.

Et illa nocte nihil prenderunt.) Et iterum, Afferte de piscibus quos prendidiſtis. In nōnullis habebatur, Cœperunt, & coepistis, græce est επιαστη & επιαστε. Nūquid pulmentarium habetis) προστάγιον inde dictum, quod addatur pani, & num quod dicendum erat, aut certe num quid pulmentarij.

Piscem, & piscibus) δέργιον, δέργιον. Hic palam apparet ὁ ὄφος & δέργιον eius nominis dī minutiuū pro piscem accipi, cum dicatur ab δέργῳ, quod est asio.

Et cum tanti.) τρούτων ὄντων. i. cū tot essent, de numero loqui, nō de magnitudine.

Tunica succinxit ſe) ἀριπενδήτην διεζώσατο. i. pallio ſiue penula. Nam tunica uestis est interior, ependites dicta, quod superne induatur. Prunas positas.) αὐγακού, ignis est ex congeitis carbonibus. Et accepit panem & dabat eis.) Venit, accipit & dat, omnia græcis præsentis sunt temporis.) ἔχεται, λαμβάνει, διδωτα.

Hoc iam tertio.) τοῦτο κόκκινον. i. hac iam tertia uice. Simon Petrus.) σίμων ἵων. i. Simon Iona, quāq; in nōnullis erat ἴων, quēadmodū in Luca. Diligis me plus his?) Cur interpres nō uitauit amphibologiā, dicens, Diligis me plus q̄ hi? Alioq; poterat intelligi, diligis me plus q̄ hos. Tu scis q̄ amo te) Quod mō diligis erat nūc mutat amo, uerū uariauit & Euāgelista græca uoce, prius illud est ἀγαπῶ, posterius φιλῶ, qbus tamē citra discriminē est uetus. Apud Latinos amo uehemētius est q̄ diligō. Pasce agnos meos) Bis dixerat βόσκε. i. pasce, ſiue ale, ſemel ποιμανε. i. rege, ut pastor regit grege. Nec est ubiq; agnos, ſed bis προσεξα. i. oues ſemel δρεψία. Nec i his opinor ullū eē discriminē. Illud obi

ter ad

teresse admonēdū, q̄ ex hoc loco glorianē sibi cōmissum gregē domini, eos primū opere meminisse a Petro ter exactū amorē erga Christū, neq; quēlibet amorē, sed ardētiorē cæteris. Deinde ter item cōmissā illi gregis curā. Illud nimirū significatū est nō esse idoneū sacerdotio, nisi q̄ neglectis oib; nihil amet nisi Christū, hoc est ueritatē, innocentiam, pietatē. Ad hæc nihil huic antiquius esse debere, q̄ inculmitatē gregis sibi crediti. Proinde quælo quid frontis est istis qbusdā, qui prophaniſ imo sceleratis principum obsequijs, q pecunijs huc penetrat, q sacerdotiū nihil aliud q̄ questū ac tyranidē esse putant. Quo tu nō uis.) ὥπερν δέλει. At cur nō & supius itide uerit, Ibas ubi uolebas, cū sit idē aduerbiū græcū. Quāq; ego malim utrobiq; quo ibas quo uolebas, & ducet quo non uis. Qui tradet.) ὥταραδ' οὐσ, i. qui tradit.

Sic eū uolo manere.) Cū omnia Græcorū exēplaria cōstanter habeant scriptū, cap. 2. v. 1. nemini dubium esse potest, quin coniunctio si, mutata sit in aduerbiū sic, idq; nō interpretis uitio, sed errore librarij. Siquidē apud Latinos facilis & plcius plapsus est, a si in sic, ob uocū affinitatem. Cæterz apud Græcos nihil simile est, εἰπε & οὐτως, ut hac occasione lapsus uideri possit interpres. Nec uero solum cōsentient exēplaria Græcorū, ueruetia interptes Cyrilus, Chrysostomus, Vulgarius. Quanq; in his uoluminibus Chrysostomi nup excusis, ab indocto quopiam, si mutatū erat in sic. Vērum ipsa interptatio palā arguit Chrysostomū si legisse, dū in hanc disserit sententiam, Christū noluisse respondere Petro, qd esset facturus de Ioanne, sed uoluisse temerariā & curiosam illius responſionē retundere. At id nō fecit, si respondit illū matlurū. Quin & diuus Hieronymus primo aduersus Iouinianū libro citat hunc locū iuxta græcam ueritatē. Et tamē solent huiusmodi oia ad semel publicit̄ receptū errorē deprauari, tamē haud scio quo casu factū est, ut hic locus etiam in uulgatis exēplaribus māserit incorruptus. Qui si maxime fuisset corruptus, tamē ipse disputationis tenor arguit Hieronymum, si legisse, nō sic. Inter uetustiores solus Augustin⁹ legisse uide, sic eū uolo manere, uir ille qdē quodū De s. Augustino, negari nō potest. Sanctus, integer, acuto præditus ingenio; uez impēle credulus; ad hæc deltitut⁹ p̄sidio linguaꝝ, sine qb; hæc ut parē, tractari nō queūt. Is cū iuuenis asscit⁹ eēt; ad mun⁹ episcopale, ac pene neophyt⁹, id qd fieri uetuit Paul⁹ ne licuit qdē qc̄q; nescire doctoris locū occupati. Proinde docendo didicit qd doceret, & scribēdo didicit qd scriberet. Profecit tñ, p̄lertim ubi se cœpit ad Hieronymi cōferre amulationē. Nec ē ille. Etād⁹ uir tā pius, sicuti nō asseq̄ qd affectat, sed tolerad⁹ magis. At e diuerso nō sunt aut diēdi, q̄ illū nemini nō aī ponūt, ipsi etiā Hieronymo; quo sc̄tiā sacrarū literaꝝ rāto fuit inferior, ut ipudētissimū sit, alterz cū altero cōferri. Porro q̄q; hæc nō faciūt hæreticū, sūlic legas p̄ sī, tñ error tā manifestariū nō est dissimulādus in literis euāgelicis; & ut fateor nō infestandū cōuitijs, qui sic labat, ita cōmiserandū aīo ac subleuandū. Excusat̄ is q̄ per imperitiā literaꝝ his uerbis baptizauit, In nomine patria, & filia, & sp̄ita sancta. Nemo tamē sciens latus sit huiusmodi, baptizatorē. Quin ipse Augustinus negat fere dum, q̄ populus in tēplis caneret, Sup ipm autē floriet, p̄ florebit, etiā si sciret deū non ostendi solo eccl̄mis. Quanto minus dissimulandū, si tanto foedior mēda in euāgelicas irreperit literas. Qd si latinius interps indicādi modū uertissem in modū impandi, nō p̄ inde lubricus fuisset lapsus. Si eū uelim manere donec uenīa. Ut ne dicā interim, q̄ ipse sermonis cōtextus refellit istorū lectionē. Sequit̄ em⁹ (Et non dixit Iesus, q̄ discipulus ille nō moritur) Quod si supius legamus, Sic eū uolo manere, plane dixit eū nō moriturū donec ueniret, quod Ioannes dicitū fuisse negat. Nec ambigit Ioānes, quin Christus manere dixerit, nō mori. Verū negat id affirmasse Christū, sed in ambiguo reliquisse, ut ea res nihil attineret ad Petru. Exiuit sermo inter fratres.) Quotmō exiit, si erat inter fratres? Proinde dilucidius ac latinius erat, p̄manauit rumor in fratres, hoc est, ad Christia nos cæteros, & quod illuc erat dicitū paucis audiētibus, id serpit ad plures, uulgāte fama. Nec ipm arbitror mundū capere posse.) Hic rursus Augustinus offensus hyperbole, capere non ad spaciū loci refert, sed ad animū. Ad eundem modum nec unā pagi

Si eū uolo manere.

De s. Augustino,

Erasm⁹ h̄ notat⁹ vt pl̄g
sit hieronymianus p̄ Au
Augustinianus.

nam diuinæ sapientiæ capere possit mūdus. Nihil tale Chrysostomus. Et Cyrillus. In genue fatē hypbole esse. Est em̄ græcis χωρῶν, quod de spacio loci p̄prie dicit, ut anno tauimus in eum locum. Non omnes capiūt hoc uerbū. Nec est posse capere apud Græcos. sed tantū χωρῶν, i.e. capere, siue capturum. Deinde q̄ scribendi sunt, melius erat, qui scribendi forent.

FINIS ANNOTATIONVM IN IOANNEM.



D. ERASMI ROTERODAMI ANNOTATIONES
IN ACTA APOSTOLORVM.

ACTVS Apostolorū.) p̄ḡ. Quod Cyprianus uertit, acta. Hieronymus interim actiones, interim acta uocat. Ceterum actus masculino genere reperitur quidē, sed in carmine, ut apud Lucanū. Licit ingentes abrupti actus. Verum acta magis uocant, quæ iudicij aut testamētis, aut cōsimili libis modis transfiguntur. Proinde ego gesta malimq̄ acta.

Prīmū quidē sermonē.) Equidē cupiebā hunc librū Lucae cū priore cōiungere. Quā doquidē ille historiā euangelicam duobus est cōplexus uoluminibus, quorū utrūq; ad eundē scripsit Theophilū, & posteriorē auspicans, prioris facit mentionē. Ceterum ue rebar, ne non ferendū uidere, euangelia distrahere. Quāt̄ hæc historia quid aliud est, q̄ euangeli pars, eaq; meo iudicio nō minima. Siqdem illic describit̄ granū frumēti soli conditū, hic describit̄ enatū, ac suas paulatim apiens ac p̄ferens opes. Quod nī p̄ Lu cam cognouissimus, qbus modis Christus reliquerit terras, ubi, quo loco, qbus modis aduenerit, p̄missus ille sp̄ritus, quibus initij cceperit ecclesia, qbus rebus polluerit, qbus creuerit rationib; nōne bona euangeli partē ignorassemus? Atq; utinā sanctus Lucas, quemadmodū exorsus erat hanc narrationē, ita longius fuisset prosecutus, ac de cetero item apostolorum gestis nōnihil attigisset. Quo magis admiror, apud Græcos hunc librum tam uariū haberi, necq; quēq; extitisse, qui tam præclarū opus, ac p̄lus euā gelicæ tum maiestatis, tum fidei suis cōmentarij illustrarit. Nihil enim extat, quod sc̄ia in hoc, præter aliquot locorū uocabula, quæ Hieronymus annotauit, uerum ea non solū pauca, sed etiā paucis. Sero recepta est epistola ad Hebraeos, de epistola Iacobi nōnihil est addubitatū. Apocalypsim sero recepit Italia, Græcia ne nūc qđem satis approbat. Ceterum de actis nulla unq; dubitatio. Quo maiore studio conuenit, ut Christiani suā gētis incunabula studeant cognoscere, quo posteaq; cognitū habuerint, qbus rebus adoleuerint, ijsdē intelligāt collapsam religionē instaurādā esse. Prīmū qđe.) Sapientius admonitus apud Græcos περὶ usurpari uice cōparatiui. Prīmū, p̄ priorē siue sup̄iorē. Nā sermonē haud dubie librū euāgelicū uocat, necq; em̄ ea dixerat, sed scripserat. Et Isocrates suos libellos λόγοι appellat. Deinde haud sc̄io satis ne latine dicāt, facere sermonē, p̄ eo qđ est uerba facere. Vnde nos quo dilucidior esset sensus, nō ueriti sumus ad hunc trâsserē modū. Supiore qđe uolumine dixim⁹ Theophile de oib⁹ quæ cōpit Iesus, tum facere, tū docere. Poterat & sic, & facere & docere, siue uel facere uel docere. Nā facere & docere, poēticū est apud Latinos, apud Græcos sec⁹, πολὺν τε καὶ διδάσκειν. Partit⁹ em̄ est oēm Christi uitā, i duo, in facta & doctrinā. Fecit is admirāda, led nō min⁹ stupēda docuit. Facta cōstāt miraculis, doctrina decretis. Porro qđ huc adducūt qđā, prius esse facere, deinde docere, id argutius est qđ accōmodatius. Per sp̄iritūsanctū p̄cipiens) ἐνθάλαμος, præteriti tpi est, hoc est, cū præcepisset. Et hūc locū quoniā aliog uidebatur obscurior, paulo fusius explicūt ad hūc modū. Ad eū usq; diē, quo postq; imparitus in hoc ipsum, sp̄iritūsanctū, mādasset apostolis quos delegerat surū assumptus est. Cetero illud, sp̄iritūsanctū, ita positū est, ut ambigi possit utro sit referēdū, ad sup̄iora an ad sequētia. Vx̄ s̄lūs exigit, ut ad sup̄iora referat. Siqdē ipartij illis sp̄iritūsanctū a resur rectione